STATVTA CONCILII FLORENTINI.

Provincialis Anni MDXVII a Leone X Approbata, et confirmata, ut in Bulla quae sequitur infra inter Constitutiones.

sub Julio de medicis, postea Clemente VII.



FLORENTIÆ

Apud Bartholomæum Sermartellium

MDLXIIII.

6

PETRVS CORSVS EX comitibus Istriæ Abbas S. Heliæ Tricaricensis Dioc. Reuerendiss. in Christo patris & D.Domini Antonii Altouitæ, Dei & Sanctæ sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopi Florentini Vicarius in spiritualibus & temporalibus generalis; Vniuersis Florentinæ prouinciæ viris, clericis pariter & laycis salutem in eo in quo est omnium vera salus. Cum aureus libellus sacrarum constitutionum in prouinciali synodo Flo- * an: 1517
rentina jam pridem conditarũ, quem vnum quemq; Ecclesiarum præcipue parrochialiũ rectorem præ manibus quotidie habere maxime omnium oporteret, vt animæ suæ, suorumq; parrochianorum saluti consuleret, tum, ob lachrymabilium bellorum incendia quæ in plurimis Ethruriæ locis plures ab hinc annos vehementer sæuierunt, tum ob fluuiorum illuuiones, qui ad incredibilem aliquando altitudinem intumuerunt, apud rarissimos hodie viros conspiciatur. Nulliq; librorum impræssores ab illarum primeua excussione, eas adhuc typis excudere curauerint. Nos cupientes perutile opusculum calcographorum inertia ferè extinctum re-

uiuiſcere, hac præcipue tempeſtate, Dum probatiſsimorũ ac diſertiſsimorum patrum decreta in ſacro ſancto Concilio Tridentino nuper ſancita, quibus hæ ſanctiones admodum conſonant, in lucem prodeunt, Id ad comunem omnium frugem rurſus excudi mandauimus. Hac præterea ducti cauſa quod dum nos dioceſanos noſtros eas minime obſeruantes increpamus, hæc illico ab ipſis nobis adducitur excuſatio, quod his ſci licet vacent conſtitutionibus, eaſq; nullibi venales inueniant, Proinde vniuerſis & ſingulis Eccleſiarum Parrochialium rectoribus his literis in virtute S. obedientiæ & ſub trihaginta librarum fp. pœna præcipimus vt harum conſtitutionum librum (nobis iubentibus de conſenſu etiam prælibati Reuerendiſsimi D. Archiepiſcopi Florentini nuper impræſſum, penes ſe iugiter habeant, & quilibet ipſorum habeat illius frugiferas materias populo eorum curæ commiſſo ipſi lectitent, eas obſeruent, & ſuos parrochianos ad illas obſeruandum moneant, ſub intermi natione cenſurarum & pœnarum in eis con tentarum. Vniuerſos præterea R.D.D. Epiſcopos Florentinæ prouinciæ illorumq; Vicarios in Domino rogamus, noſtro vt per-

moniti

moniti exemplo idem hoc presbyteris eorum iurisdictioni subiectis ædicant, illasue ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandent sub censuris & pœnis contra ipsarum transgressores inflictis. Datum Florentiæ in Archiepiscopali palatio Die XVI. Martii MDLXIIII.

TABVLA TITVLORVM.

INDEX EORVM QVAE IN hoc libro continentur.

A

B

Baptizatorum

Clerici [illegible] agendo et defendendo [illegible] — 89. cap. 4 —

Clerici

Frater

F

G

I

Monialium

N

O

Presentantis

Q

R

Societatum

FINIS.

EPISTOLA

REVERENDISSIMI IVLII DE MEDICIS SANCTAE Ro. Eccl. Vicecancellarii, & Archiepiſcopi Florentini, ad Archidiaconum & Canonicos Eccleſiæ Florentinæ.

SVPERIORIBVS diebus pro vniuerſali morum correctione: proq; diuini honoris augumento dum Florentinæ (licet immeriti) præſumus Eccleſiæ prouinciale concilium indiximus, & celebrari mandauimus iuxta ſacrorum canonum diſpoſitionem. Sperantes (vt verum decet paſtorem) ſacro iſti conuentui quod literis noſtris P. V. alias ſignificauimus intereſſe. Verum quia grauioribus Sanctæ Romanæ Eccl. negociis occupati propoſitum noſtrum adimplere nequiuimus R. P. V. & Domino Petro Andreæ Gam. Vicario & locum tenenti noſtro generali vices noſtras demandauimus, vt vocato vniuerſo prouinciæ clero laudabile hoc ſaluberrimumq; in-

ſtitutum aggrederemini, idq; arguendo, increpandq́,ea quæ correctione digna reperirentur corrigendo, plantando, euellendo, diſsipando ex animi veſtri ſententia perficeretis. Quod a vobis rite recteq́; impletum fuiſſe cum multorum qui iſtinc ad nos venere relatu accæpimus, tum & ipſi vidimus, dum cõſtitutiones ordinationeſq; tanta maturitate editas, tamq; morum inſtaurationi ac Chriſtianæ religionis augumento oportunas & neceſſarias Vicarius nobis repræſentauit. Quas quidem conſtitutiones Sanctiſsimo D.N.ipſi vt confirmarentur obtulimus. Iſq; ſtatim eas legendas & examinandas tradidit Reuerendiſsimis fratribus noſtris D. Dominico de Iacobatiis, & magiſtro Thomæ Gaietano viris omni cum humanarum, tum diuinarum rerum notitia inſignibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus qui maturo eas examine diſpicientes, labores hoſce veſtros,ſanctumq; bene viuendi amorem in primis laudantes, illas dignas eſſe retulerunt quæ apoſtolicæ ſedis auctoritatem conſequerentur. Itaq; factum eſt Sanctiſsimus paſtor gemino illas Diplomate communierit. Quas quia intendimus ab omnibus prouinciæ noſtræ ſubditis inuiolabiliter

biliter obseruari, nec Iota aut apicem ex illis præteriri P. V. in domino monemus & hortamur, vt eidem Vicario asſiſtentes totis viribus enitamini, quo ab omnibus obſeruentur. Vosmet ipsos (ſicut æquum parq; eſt) verbo ſimul & opere ad earum obſeruationem paratos in primis oſtendite. Ita enim fiet vt cæteri veſtro moniti exemplo ſalubria hæc inſtituta libentius amplectantur. Omnipotenti in ſuper deo S. D. N. nobiſq; rem valde gratam, vobiſq; tam laudabilis inſtituti auctoribus honorabilem facietis. Bene valete.

Romæ Ex Apoſtolico palatio V I I I. Martii M D X V I I I.

LEO EPISCO

vi è l'altra Bolla alle carte 115 =

pus Seruus seruoꝝ Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In apostolicę dignitatis specula licet immeriti diuina disponente clementia cõstituti ad ea per quæ singuli Xp̄i fideles ad bene beateq; iuxta Canonum normam uiuendum ac sanctorum patrum instituta obseruandũ, diuiniq; cultus augumentandum Inducuntur operosis studiis intendimus ut iis quæ propterea prouide facta comperimus ut illibata persistant apostolici munimi nis adiicimus firmitatem. Accępimus siquidẽ quod alias dilectus filius noster Iulius tituli Sancti Laurentii in Damaso præsbyter Cardinalis Sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarius qui ecclesiæ Florentinæ ex concessione & dispensatione Apostolica præesse dinoscitur prouide attendens quod a quinquaginta annis citra Archiepiscopi Florentini, qui Ecclesiæ Florentinæ præfuerunt, Raro in Ciuitate Floreñ. residerunt & propterea populi ciuitatis & Diocęsis Florentinę, necnon & totius Prouincię uelut oues errantes a recta bene uiuendi norma ac semita deuiarunt & laxatis habenis, ut eorum statui conueniebat minime uixerunt ac cupiens, ut uigilem decet pastorẽ oues errantes sibi commissas ad rectam uiuendi normam reducere ac eorum animas deo lucrifacere posse pro salutifera morum reformatione Prouinciale & Sinodale Cõcilium in dicta Ciuitate Floreñ. celebrandum indixit eodemq; Concilio inibi legitime congregato non nulle salutifere ad Dei laudem editæ fuerunt Constitutiones saluo nostro & sedis Apostolicæ beneplacito, quas deinde in unum librum redactas Idem Iulius Cardinalis nobis exhibuit nosq; librum illũ duobus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus legendum & examinandum uiue uocis oraculo commisimus & cum Cardinales ipsi nobis retulerint constitutiones ipsas laudabiles & ad morum obseruationem plurimum oportunas. Ea propter motu proprio non ad ipsius Iulii Cardinalis, aut alterius cuiuscũq; nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa nostra scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Constitutiones & ordinationes præ-

dictas in dicto libro contentas, & quarum tenores inferius de uerbo ad uerbū annotari fecimus auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus ac præsentis scripti patrocinio cōmunimus eisq; perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus supplemusq; omnes & singulos tam iuris quam facti defectus siqui forsan interuenerunt in eisdem ac constitutiones & ordinationes easdem per quoscumq; cuiusuis dignitatis, status, gradus, & conditionis, Nobilitatis & præeminentiæ fuerint obseruari debere decernimus atq; mandamus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac dictarum Ciuitatis Diocæsis & Prouinciæ iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus priuilegiis quoq; indultis & literis a quibusuis personis cuiuscumq; dignitatis status gradus conditionis Nobilitatis & præeminentiæ existentibus etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis fortioribus efficacioribus, insolitis etiam talibus, quod illis nullatenus & non nisi sub certis inibi expressis modo & forma derogari posit clausulis irritantibusq; & aliis decretis, & cum motus proprii certe scientiæ & potestatis plenitudine similibus concessis confirmatis approbatis & iteratis uicibus innouatis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica expressa indiuidua ac de uerbo ad uerbum, non autem per generales clausulas idem importantes mentio seu quæuis alia expresio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset & illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes illis alias in suo robore permāsuris hoc casu duntaxat specialiter & expresse motu scientia & potestatis plenitudine prædictis derogamus cæterisq; cōtrariis quibuscumq;. Volumus autem quod transumptis præsentium literarum manu publici Notarii subscriptis & Sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur si ille in iudicio uel extra essent exhibitæ uel ostensæ tenor uero constitutionum & ordinationum earundem sequitur & est talis.

Nota quod præſentes Conſtitutiones fuerunt publicatæ in Archiepiſcopatu Florentiæ. Die X I I. Aprilis M D X V I I I. Rogatus Ser Iohannes Van nutius notarius Curiæ Archiepiſcopalis.

Conſtitutiones

* Hic Julius de Medicis postea fuit Clemens VII. electus anno 1523.=

Constitutiones seu

ordinationes Florentinæ sinodi Anno ab incarnatione dñi M. D. xvij. Ad reuerendiss. in Xp̄o p̄ris .d. Julij de Medicis sacro sāctæ Ro. Eccl. Card. & vice cācellarij dignissimi necnon archiepi Florē. Meritiss. conuocatiōez per multas sessiones celebratæ Diuo Leone x. Pont. Max. Christianam rē publicā fæliciter gubernāte in vnū digestæ ac dispositæ volumē p R. d. Petruz Andream Gammarum de casali Boñ. præfati reuerendiss. Archiepi. Vicarium & locū tenentez generalez. Quā sinoduz insignes ex oi religione Theologi & multi in vtraq; cēsura prudentes viri consilijs dictisq; suis celebrem reddidere.

* Imitatur concilium Apostolorum in electione S. Mathiae Act. cap. I. v. 16. et etiam aliud Apostolorum Concilium Act. XV. ubi v. 13 habetur, quod Jacobus dixit: Viri fratres audite me.

Quales eē debeant clericoruz vestes, & qualis tonsura. Cap. primum.

¶ Consedentibus patribus in sinodo .F. Ep̄s exurgens ita * locutus est. Viri fratres qui spiritu sancto duce in hunc locum conuenistis, emendaturi uitia & abusus quæ prouinciæ huius nostræ populos a multis annis inuasere: tractatu

riq; & diſcuſſuri multa pro orthodoxæ religionis defen-
ſione, proq; ſacrorum canonum obſeruatione, eos quaſi
deſuetudine ſublatos excitando, penarumq; adiectione
muniendo, opere prętium facturos nos eſſe arbitror ſi pri
us: quæ in nobis emendatione digna ſunt emendaueri-
mus, uitam, moreſq; noſtros correxerimus. ita .n. fiet ut
emēdatorum animos ſpiritus ille diuinus facile illabatur
cœteriq; exemplo ducti noſtro ſtatutorum ordinationūq;
ſinodalium iugo libenter colla ſubmittant: aliter nobis
alios corrigere uolentibus facile obiiceretur. Medice cura
te ipſum. Videtis fratres mei amantiſsimi quantum inte-
rius exteriuſq; ipſa uiuendi norma a maioribus noſtris de
clinauerimus. eo namq; deuentum eſt. ut pleroſq; pudeat
clericalem portare habitum & tonſuram decentem: de lu-
dis autem commeſſationibus, ebrietatibus, impudicitiis
publice gloriētur: de cęteris ſileo: nota ſunt uobis omnia.
hæc in primis ſi placet ordinate iſtis ueſtræ manum ſeue-
ritatis apponite. Vniuerſa Sinodus dicenti aſſenſum præ
buit, & quæ ſequuntur ordinationes promulgauit, man
dauitq; omnibus obſeruari.

¶ In primis namq; accæptauit & in tota Florentina ꝓuincia
obſeruari uoluit conſtitutionem Reuerendiſs. Coſmi du-
dum Archiepi Floreñ. & contrafacientes ab ordinariis ſu
is puniri. cuius quidem conſtitutionis tenor eſt.

¶ Cum regula & infra, præſenti conſtitutione ſtatuimus
quod omnes & ſinguli prælati & rectores eccleſiarū: & alii
quicumq; clerici & perſonæ eccleſiaſticæ cuiuſcūq; ſtatus
dignitatis aut conditionis exiſtant noſtræ ciuitatis & dio-
ceſis Florentinæ: continue habitum clericalem deferant
& tonſuram ſuo ordini & ſtatui congruentem, uidelicet
quòd religioſi habitū ſuæ religionis apparenter deferant:
& ſuper aures tondeantur cum tonſura rotunda ita quòd
auris tota appareat diſcoperta. Coronas etiam religioſi cle
rici geſtent deſuper raſas & competentes: prælati & alii re
ctores eccleſiarum in ſacerdotio conſtituti: & omnes alii
curam animarum habentes: & in ciuitate Florentina ſeu
in caſtris & in locis inſignibus Floreñ. dioceſis continue
permanentes mātellum ſeu ueſtem talarem ſimul cum ca-
puteo in ſpatulis continue geſtent: & tonſuram decentem
ferant: ita q; ſaltem extremitas inferior auris appareat di-
ſcoperta cum corona deſuper raſa competenti, & nullus
audeat

Loro il mancello col cappuccio

aud eat gestare farsettos (ut uulgo dicitur) scollatos extra honestatem: prout hodie cōiter ferunt layci. Clerici autē in aliis minoribus ordinibus constituti tonsuram prædictam deferant cum corona competenti. Vestes talares continuo deferant nimia longitudine uel breuitate minime notandas, & tales propter quas a laycis omnino distinctionem recipiant a uiridi ac roseo colore & a sericeis uestibus abstineant. Liceat tamen in dignitate constitutis doctoribus atq; canonicis deferre farsettos ex raso nigro, & infra. Siquis aūt super iis aut aliquo prædictorum culpabilem se exhibuerit, si cōstitutus fuerit in sacris pro uice qualibet, & quolibet eorum in quibus contrafecerit in pœnam duorum florenorum nostræ cameræ soluendorum ipso iure incurrat, si in minoribus clericale priuilegiū perdat nisi sit beneficiatus. tunc. n. ut & cæteri puniatur.

Ex se patet. Cap. ij.

¶ Constitutionem quoq; a Clemente quinto in Viennen. cōcilio ęditā cū suis pœnis accęptauit & inuiolabiliter obseruari mandauit. quæ habet in cle. in ti. de ui. & ho. cle.

Ut clerici deferant clausa indumenta vel subtanas longas. Cap. iij.

¶ Item omnibus clericis qualitercūq; beneficiatis aut hn̄tibus curā animarū in tota ꝓuincia Florentina mandauit ut qn̄ sunt in ciuitatibus aut locis insignibus ꝓuinciæ florentinæ, ibiq; domicilium habent clausa desup ferant indumenta aut uestes inferiores (quas subtanas uocant) ita longas & honestas ut caligæ aut diploides ēt si exterius indumentum aperiatur nullatenus appareant. contrafacienti duorum ducatorum mulctam indixit.

Priuātur distributionibus qui tonsuram & habitū non detulerint. Cap. iiij.

¶ Et ut præmissa certius obseruent̃ pcipue ab iis qui quotti die in ecclesiis insignib. ubi multitudo populi couenit, declarauit canonicos & capellanos collegiatarum Ecclesiarum eo ipso priuatos eẽ distributionib. quottidianis donec repti fuerint incedere sine habitu & tonsura deceti, mandando oĩbus capitulis, collegiis, sindicis, camerariis punctatorib. & aliis ad quos spectat huiusmodi distributionum solutio sub pena exoĩcationis & floreni unius ne præfatis sic sine habitu & tonsura incedẽtibus aliquas distributiones soluant: donec habitum & tonsurã, ut præmittitur resumpserint, & continue per ciuitatem & in ecclesiis portauerint.

Declarantur excomunicati qui certis quesitis coloribus habitum religionis clausum deferunt. ¶ Cap. v.

¶ Ad hæc exurgens uenerabilis Abbas sacrũ cõuentum ita affatus ẽ. P. R. postq̃. P. urĩæ temeritatem eorum qui ordinis sui insignia gestare recusant cõpescere incæperunt. Vnũ explicabo, qđ declarare erit cũ utile tũ necessarium ad eui tanda animarum discrimina priusq̃ ad alia pgrediamini. ex nr̃is aliarũq; religionum fratribus quidã elationis spiritu inflati, quærentes uagandi materiam contra tenorem Bonifatianæ cõstitutionis q̃ est in. c. ii. ne cler. uel mona. lib. sexto. apostolicæ sedis benignitatẽ, adeunt, petuntq; licere sibi ad arctiorem sese religionem transferre. Idq; facile (ut iustum est) obtinent. Is uero mendacis statim oraculi munimine securus ad Abbatiam alicui commendatam se cõfert, ubi nullus uel rarus & is quidem sine obedientia & sine relligione inhabitat monacus, ibiq; uno eodemq; cõtextu habitum assumit, profitetur nouam religionem: habitumq; eundem dimictit, licentiam assequitur extra monasteriũ cõmorandi, uestiri clericorum secularium habitu, dummodo camisiolam quandam sub diploide ferat, sicq; uenerabilis ille uir suggerente diabolo sub arctioris disciplinæ pretextu e regulari efficitur clericus secularis, uagus & apostaticus. Ego pr̃es mei illũ existimio excõmunicationis sententia innodatũ incidisseq; in canonem illũ Bonifatii manifesta enim & luce meridiana clarior est hu

ius

fus mēdacis apostatæ fraus. & scriptum est fraude ac dolo a iuris pœna subleuari neminem. huius sacri conuentus declarationem expecto.
Vniuersa Sinodus multis hinc inde adductis rōnibus & argumentis declarauit tales esse apostatas, & excomunicatos, & ut excomunicatos ab omnibus uitari debere, & ideo nullatenus ad animarum curam admittendos.

Prohibentur clerici ab infamium conuersatione & ab accessu ad monasteria. Cap. vj.

¶ Et quia clericorum aliorumq; religiosorum uirorum conuersatio debet esse hōesta & laudabilis, phibuit clericos & religiosos uiros cum lenonib. cynedis: mangonib. meretricib. & aliis quibuscunq; infamib. personis habitare, aut cōmerciū quodcunq; hre, nisi inquantum exposcit animarū salus uel alia probabilis necessitas cōtrafacientem totiens uno floreno ordinariorum fisco adiicendo condennauit.
¶ Item uetuit ad loca minus honesta accedere, ideo repertum in lupanari in lib. xxv. accedentem ad thermas seu stuphas uel tabernam extra casum necessitatis in lib. v. ut supra applicandis condennauit.
¶ Item uetuit clericos & religiosos uiros accedere ad monasteria monialium sine expressa ordinariorum licentia sub pœnis in capit. de monialibus contentis.

Priuantur beneficiis aliterq; mulctantur clerici concubinas aut suspectas mulieres retinentes. Cap. vij.

¶ Cum omnes clericos pſertim in sacris ordinib. constitutos ab oī carnis uitio abstinere deceat. Quoscūq; clericos & religiosos uiros mulierē suspectā domi tenentes eo ipō. xxv. florenorum auri mulctam incurrisse declarauit. Et si sic cōuictum uel monitum ēt semel tm̄ p duos mēses eā publice tenuisse cōstiterit declarauit eū oībus bñficiis q̄ obtinet eo

ipso aliter nō uocato cōferre, & prōnis pñtare & electoribꝰ eligere cū primū per ordinariū declaratū erit eū in pñtis constitutionis pœnā incidisse. Et hoc secundū tenorē cuiusdā cōstitutionis. Recolende memorie Dñi Fratris Latini Hostień. olim epī apostolicæq; sedis Legati. Et alterius cōstitu. Reuereń. Cosmi de Pacciis contra tales cōcubinarios, & suspectaꝝ mulieꝝ detentores æditaꝝ & ꝓmulgatarū. Quas ambas cōstitutiones cum suis pœnis accæptauit, & in tota Florentina ꝓuincia obseruari mādauit iste sacer conuentus. Iterum repetita admonitione monendo omnes clericos hmōi focarias seu concubinas tenentes, ut intra octo dies illas dimisisse debeant, & a se ꝑrsus abiecisse sub pœnis antedictis. Publice aūt teneri hoc casu a clerico mulierem suspectam declarauit, quando apud uicinos uel maiorem eorum partem res erat nota.

Ex se patet. Cap. viij.

Item præcepit ne pueros suspectos & infames domī tenerent pœnamq; ordinarii sui arbitrio moderandam ex infamiæ & suspitionis qualitate uoluit.

Imponit poena fornicatoribus, adulteris & incestuosis. Cap. ix.

Aliorum quoq; immunditiās luxuriāsq; ita cōpescendas ordinauit. Simplicis namq; fornicationis pœnam esse uoluit lib. xx. nisi cum parrocchiana sua fornicatus fuerit: tunc.n. in ducatis xxv. condemnauit.

Adulterii crimine conuictum uel beneficiis priuari uel in ducatis quinquaginta condennari uoluit. Et si semel cōuictus iterum conuincetur eo ipso beneficiis priuatus sit, & in uincula ad peragendam pœnitentiam detrudatur.

Eos quos cum matre, sorore, moniali, aut filia spūali.i.cuius cōfessionem audiuerūt rem carnaliter habuisse cōstiterit beneficiis eo ipso priuatos declarauit, atq; ꝑpetuo pœnitentiam agendam in uinculis coniiciendos, si plusq̄ semel id fecisse apparuerit. Simili quoq; pœna feriendos eos iudicauit: qui de crimine illo pessimo, ꝑpter quod uenit ira dei in filios diffidentie conuicti fuerint.

¶ Pro aliis autem incestibus usq; ad quartum gradum indixit mulctam quinquaginta ducatorum.

Punitur clericus qui virginem aut viduã: aut etiã nuptã violauerit. Cap. x.

¶ Si clericus uirgini stuprum uiolenter intulerit beneficiis priuetur, & eam cui uim intulit dotare cogatur & si beneficiis caret amplius in ducatis quinquaginta mulctetur, pellaturq; utroq; casu a prouincia quinquennio.

¶ Sed si uolentem uirginem uitiauerit, eam dotare teneat: condenneturq; in ducatis xxv. & si quã uitiauit de parrochia sua erat: quinq; annis exulet extra diocæsim ppriam. Et qđ de uiolento uirginis stupro dictum est, id & de eo qđ uiduæ honestæ alioquin uitæ infertur intelligi uoluit, ut par.s. illum pœna sequatur. Qui uiduæ tale stuprum uiolenter intulerit.

¶ Sed si nuptæ uiolentiam intulerit eo ipso beneficiis priuatum uinculis perpetuo alligari decreuit.

Clerius diffamatus quomodo se purget. Cap. xj.

¶ Si cõtigerit clericũ adulterio aut stupro aut alio quopiam uitio diffamari uoluit ipm pinde ac si de crimine cõuictus esset puniri, nisi se septẽ honestoꝝ testiũ iuro purgauerit.

Cõtra clericos lenones, Goliardos: Istriones, Joculatores, Tabernarios: & alia huiusmodi vetita exercentes. Cap. xij.

¶ Clericum quotiens lenocinium exercuerit in ducatis uigintiquinq; condemnauit.

¶ Clericos qui Buffonem, Istrionẽ, Goliardũ, Ioculatorem, Lenonẽ, Mangonẽ publice agũt, si per annum aut tertio moniti artem illam ignominiosam exercuerint eo ipo beneficiis & omni Ecclesiastico priuilegio (ut sacra Rom. Pont. instituta decernunt) priuatos esse declarauit am-

pliusque quotiens aliquid eorum fecerint, totiens x. florenorum pœnam incurrisse uoluit.

Tabernarii quoque Coriarii, Macellarii, Balneatii.i. Balneo presidentis exercitium illis oino interdixit, oésque exnúc quic quam eorum exercêtes, ut intra xxx dies peremptorios a tali exercitio desistant monuit, alias oés qui a pñtis cóstitutionis pmulgatióe in aliquo pmissorum culpabiles reperti fuerint in ducatis xxv. códēnauit, & si p annū exercuerint beneficiis priuari uoluit. Tabernariorum sane appellatione hoc casu comphēdi declarauit, uēdētes panē, uinū, carnes hoibus ut tūc edāt & bibāt. Vendere aūt uinū amphoris, aut paruis uasis & ut uulgo dr: a fiaschi: ita demū phibuit si ipsi emerint, iō ut sic uēdāt, aliis ita uēdere q ppriis aut ecclesie agris collegerūt nullatenus phiberi decreuit, nisi ex tali uenditione sequeret scandalū, aut occasio maledicēdi i populo. Qui cōtrafecerit uno ducato mulctari uoluit.

Puniuntur clerici negociatores & usurarii. Cap xiii.

Post hæc alter assurgēs dixit. Super uetitis clericorum ordini exercitiis pulchre hactenus, & ex sacrorum canonū instituto p P. V. diffinitū est. At rurales quidā clerici a pmisis abstinētes nō minorē clericali ordini iniuriā afferūt. dū sæcularibus nimis sese negotiis iplicāt. Nūdinas frequēter adeūt Ouiū, Boū, Asinarum, Porcorum, Caprarum, Equorum armenta ducētes: Opiliōis: Bubulci, Agasonis, Subulci, Armētarii qñque offō publice fungentes. Contractus quoscūque ineūt: emūt, uēdunt, pmutant, mendaciis, rixis, clamoribus oia fora replētes, usurarias quoque & simulatas qñ pñt conuentiones hñt. Quo fit ut in curiis sæcularibus & ecclesiasticis eo qd a nūdinis supest tpe p reis excutiendis: litibusque extricandis obuersari oporteat, raro missas rarius officium celebrant. de cura populi nihil minus. Quare & super iis P. V. aliquid declarare & canonicas institutiones pœnis uestris adiuuare necesarium arbitror.

Dicentem, uniuersa sinodus laudauit, monuitque oēs clericos, ut intra mensem ab oī animaliū, & quarumcūque aliarum rerum negociatione caueāt, alias clericos omnés qui

post

post hac hmōi negociationibus intendere reperti fuerint in decem ducatis condemnauit, & si per annum ita perse uerauerint beneficiis priuari posse uoluit.
Clericum autem de contractu usurario, aut simulato, aut in fraudem usurarum confecto, aut alias illicito cōuictum præter restitutionem ad quam de iure tenetur, quoties id acciderit in ducatis .x. puniri uoluit. Et si acciderit ut semel conuictus iterum conuincatur, eum beneficiis priuari & ab officio suspendi uoluit.

Clerici fures qua poena afficiantur. Cap. xiiij.

Clericorum quoq; furta compescere intendens pro primo furto preter lɪtimā restōnē in ducatis .x. cōdennauit, pro scđo in xx. pro ulteriori bñeficiis priuari, & si postea se in profundum malorum demerserit, excomunicari, degradati, & sæculari curiæ tradi.

Ex se patet. Cap. xv.

Simoniacos puniri mandauit, ut in loco suo dicet. In puniendis quoq; percussoribus falsariis, aliisq; delinquentibus admonuit ordinarios esse diligentes, ut seruentur iura contra tales uindictam sumentia.

Puniuntur qui personati incedunt: aut personatis ecclesiastica paramenta commodant. Cap. xvj.

Finierat sacer conuentus quem de clericis sermonem facere intendebat, cum sic excæpit alius. R.P. contra clericos qui personati incedunt per urbem effigiem dei contra sacrorum canonum instituta obumbrantes.
Item & in eos qui clericalis obliti decoris muliebribus coreis ponpisq; intersunt quiq; ludis illicitis (que maxima turba est) operam dant, non est lex edita. Sed quid dicemus, non satis est ipsos psonatos incedere, sed & aliis religiosos habitus & ecclesiastica paramenta commodant, qui

bus amicti p urbem psonati incedant, uel alias sæculariū hoīum pōpas honorēt. P.V. pœnis suis talia fieri uetent.

Item & contra clericos arma deferente, fiat constitutio no stis.n.arma clericorum esse lacrimas & orationes.

Assensere oēs statimq; ut sequitur statuerunt quoscunq; clericos & religiosos uiros qui personati incederent per urbem uel aliis ita incedentibus, aut sæcularium pompas, & festa honorantibus planetas, tunicellas, aut quecunq; alia paramenta, aut uasa ecclesiastica, aut etiam proprios habitus commodauerint eo ipso in ducatis quinq; Fabricæ sanctæ Reparatæ denuntiatori & ordinario æquis portionib. applicandis cōdennauit. Eos autem qui psonati publice religiosorum habitum detulerint excōicatos esse decreuit.

Clerici prohibeātur arma portare sub poenis hic annōtatis. Cap. xvij.

Contra clericos arma deferentes obseruari uoluit in tota puincia Florentina cōstitutionēs Reuereñ. Cosmi de Paccis Archiepi Floreñ. cuius quidem tenor est.

Item statuimus quod quicunq; clericus regularis uel sæcularis seu persona ecclesiastica nobis subiecta quacunq; de causa arma portauerit per ciuitatem & diocesim Floreñ. absq; nostra licentia spāli uel nostri Vicarii nisi in itinere constituti seu per loca suspecta contigerit eos ire pro uice qualibet si de die fuerit, in ducatis quinque p quolibet armorum genere offendibilium, defendibilium in solidis quadraginta. Si de nocte in florenis decem auri sententialiter condemnamus, arma perdant & ipsorum precium in usus pauperū p nos uel Vicarium nostrum conuertatur. Religiosi uero & sæculares qui pœna pecuniaria mulctari nō possunt, per nos uel Vicarium nostrum carceri deputentur, prout iustum fuerit uisum, & arma perdant. Quorum pretium conuertatur, ut superius est expressum.

Arceantur clerici a ludis coreis tabernis: nocturnis conuersationibus. Cap. xviij.

Item contra clericos pulsantes accedentes ad coreas cantus

tus contraq; ludentes accæptauit, & in tota puincia obseruari uoluit duas prefati Reue. Archiepiscopi constitutiones quarum tenor sequitur.

¶ Item statuimus q nullus clericus religiosus uel sæcularis nostræ iurisdictioni subiectus ad choreas mulierũ, uel ad alios ludos ipsarum uadat, nec intersit aliqua rõne. Nullus etiam ipsorũ tabernas ingrediatur ad comedendũ uel bibendũ nisi in itinere cõstitutus. Contrariũ uero faciẽtes in præmissis uel aliquo præmissorum p uice qualibet. quorum quilibet possit esse accusator in uno floreno aureo nr̃æ cameræ exsoluẽdo cõdẽnatus existat, cuius cõdẽnationis medietas sit denũtiatoris, & nomen eius in secreto teneat, & insup eis & cuilibet p̃dictorum interdicimus oẽm ludũ taxillorum. Idẽ præcipimus de ludo cartarum in oi loco. Si aũt alicubi luserit ad taxillos in quocũq; ludo pro uice q̃libet in florenis auri. x. nr̃æ cameræ exsoluendis cõdemnati existant, nec in domo, cimiterio, uel curia, seu alibi ludũ retineãt sub pœna cõsimili nr̃æ cameræ exsoluẽda. Si uero aliquis eorum ludis alicubi interfuerit supradictis eos in ducatis quinq; auri nostræ cameræ exsoluendis sententialiter cõdemnamus. Quorum condemnationum quarta pars sit denuntiatoris, & nomen eius in secreto teneatur.

¶ Item statuimus q quicunq; clericus, uel aliqua persona ecclesiastica quacunq; de causa nobis subiecta inuenta fuerit de nocte, aut in hora suspecta uel loco cum personis suspectis, siue etiam aliquando per terram instrumenta musica publice pulsare, uel cum eis cantare præsumpserit pro qualibet uice in ducatis duobus auri nostræ camere exsoluendis effectualiter condemnata existat.

Monentur omnes vt resideant in beneficiis & non residentes eo ipso priuati declarantur. Cap. xix.

¶ Proposuit alius. quanq̃. P. R. a sacris canonibus diffinitum sit clericos debere in propriis beneficiis residere alias eisdem priuari, tamen multi de ordinariorum fortassis negligentia securi ecclesias suas deserunt, & ad alienas oues curandas se transferunt auaritiæ causa. pleriq; etiã de ecclesiarum fructibus impinguati otio domi marcescunt, de

cōmissis sibi ouibus nihil postq̄ eas lana spoliauere curantes. Quocirca P. V. huic pernitioso occurrent morbo: si omnes ab beneficiorum residentiam præmissa monitione uocauerint, & elapso monitionis tpe beneficia eo ipso uacare iudicauerint. Vniuersi responderunt. Placet.

¶ Deinde sacra Sinodus monuit, omnes clericos cuiuscunq; status habentes beneficia curata in tota prouincia Florentina, ut infra terminum trium mensium omnes resedisse debeant in beneficiis propriis, alias eo termino (quē peremptorii loco assignauit) elapso pnunciauit & declarauit omnia talia beneficia uelut habita p derelicto uacare ipo iure posseq; per eum ad quem collatio spectat conferri.

¶ Voluit tamen in quibusdam casibus posse per Vicarios absq; uacationis periculo deseruiri. Quando beneficiatus de consensu ordinarii sui ex omni causa per ipsum ordinariū approbanda poneret Vicarium in dictis beneficiis. Alias autē præfati ordinarii licētia non accedente nō residentē ut præmittit̄ puniri uel in ducatis decē cōdemnari.

Priuantur coniugati priuilegio clericali nisi habitum portauerint clericalem. Cap. xx.

¶ Animaduertens quoq; sancta sinodus quantum obloquēdi materiam tribuant secularibus hominibus illi qui in seculo cū uxorib. & liberis clericali tamen sese pallio aduersus secularem iurisdictionem ptegere nituntur sequendo canonicæ sanctionis instituta statuit nullum clericū coniugatū posse defendi ab ordinario pro delictis excessibusq; suis nisi p duos menses ante cōmissum excessum portauerit tonsuram & habitū clericalem more aliorum clericorum nō coniugatorum qui in Florentina prouincia degunt. De mātellatis autē pinzocheris & hmōi statuit ut habetur in titulo de foro competenti infra in isto uolumine.

De multarum applicatione. Rubrica.

Mulctas in constitutionibus inflictas in pios usus esse cōuertendas. Cap. j.

Exurgens

¶ Exurgens in sinodo Reuerendus archibresbyter florentinus dixit. Laudāda sunt profecto patres Reuerendi quæ præterita sinodo per P.V. sup uita & moribus clericorum diffinita sunt. & credo meliora in dies dabit iste sacer conuentus. Sed unū uos uolo animaduertere ex tam crebris mulctarum illationibus aliquam in uobis auaritiæ suspitionē generari posse apud subditorū animos, qui (ut est semper ad mali credulitatem procliuis hominum natura) fortasse dicent, hæc nō a charitatis zelo sed a cupiditatis fonte educta retia: emissos laqueos ad corradendas subditorum pecunias. Quod a mentibus uestris & si ego alienū esse cognouerim, tamen (nostis omnes) nedum ab eo quod malum est, sed & ab eo quod mali spēm habet abstinere oportere prælatos, ut ad boni eorum nominis odorem cæteri ad bene beateque uiuendum accendantur. Ab hoc igitur infamiæ piculo exsoluēmini, si publice declaraueritis uos manus uestras ab omni mulctarum emolumento excussuros.

¶ Placuit sermo iste in auribus uniuersæ sinodi: quæ iis primum auditis statuit omnes mulctas harum prætextu constitutionum exigendas esse pauperum Iesu Christi: aut alterius Pii operis uel loci, & in eorum usus erogari debere per ordinarios, excæptis aliquib. portionib. que quinque iudicibus, ut ad executionem incitentur, uel accusatorib. ut ad delicta detegenda animentur speciali quadā ordinatione applicabuntur. Voluit tñ ex dictis pecuniis posse p ordinarios satisfieri expensis, quæ occurrerent in paupere facinoroso puniendo & in deputandis ministris non consuetis p iustitiæ conseruatione, aut in uisitando, sinodum celebrando: soluendo stipendia notariorum, ut gratis in ordinationibus seruitium suum impendant, si tñ alias nō erat cōsueti aliunde stipendiū capere. Extra istos aut casus quicquid p ordinarios de pdictis mulctis accæptū, aliterque erogatū fuerit, id totū restōni subiacere, nullatenusque nisi erogatiōe prius in licitos usus fcā absolui posse declarauit. hōicidæ. n. sunt: pauperē alimētorum subtractiōe enecantes.

¶ Et ut res penitus sine suspitione pcedant, statuit per quē libet ordinarium teneri debere librum seorsum ab aliis episcopalibus rōnibus, in quo oēs pœnarum exactiones & distributiones spāliter describantur, ut postea tertio quoque anno in pouinciali sinodo datorum accæptorumque rōnem exhibeant, quas condennationum distributiones fieri uo-

Concilium Tridentinum sess. 25 cap. 3 uult huiusmodi mulcta applicari conuentum piis locis.

luit ab ordinariis consilio senioris alicuius ex canonicis ec clesiæ cathedralis, quem ordinarius deputauerit, ut ille apud deum & homines sit fidelis dispensationis testis.

De constitutionibus Rubrica.

Quod omnes clerici habeant præsentes constitutiones. Cap. primum.

¶ Item ut pñtium ordinationum notitia ad omnes subditos transeat precæpit oibus prælatis & rectoribus ecclesiarum totius prouinciæ, ut presentes constitutiones apud se habeant, & illis studeant, easq; populis suis legant & declarent in partibus & capitulis necessariis & rectores ecclesiarum qui penes se halce constitutiones non habuerint uno ducato condemnari uoluit.

Constitutiones esse intelligendas ad literam. Cap. ij.

¶ Et ut malignantiũ cauillatiões euitent cõstitutiones istas ut iacẽt, & ad lrãm itelligi uoluit, exclusa oĩ interp̃tatiõe extensiua, uel etiam intensiua quã uerba non designent.

Quando constitutiones ligare incipiant. cap. iij.

¶ Presentes quoq; cõstitutiones quatenus nouæ sint aut disponẽdo, aut disposita nouis pẽis cõprobando a scđi mensis fine tñ a die ꝓmulgationis ligar̃ uoluit: alias aũt statim

Quæ sit concilij prouincialis auctoritas in statuendo. Cap. iiij.

¶ Et cũ in sinodo quæreretur de adunatoꝝ patrum in statuendo potestate conclusum est eos posse canonum dispositiones pœnis. mulctisq; suis iuuare.

¶ Item & quę dubia sunt & in doctorum opinionibus collocata ad alterã partẽ ut ꝓuinciæ moribus cõuenire uideretur interpretari & declarare. ita tamen ut scirent interpretationes

tationes declarationesq; suas subdictos tm̄ alligare:hosq; nisi per sedem apostolicā aliter declaratū aut interprętatū fuerit. Sanctæ &.n.atq; apostolicæ sedis iudicium in omnibus (sicut decet) præponi semper uoluit, & aperte ꝓtestata est tota sinodus oēs decisiones, declarationes ordinationesq; suas Sanctæ matris Ecclesiæ, & S. D. N. iudicio auctoritati & correctioni subiicere & subiectas esse uelle.

¶ Quo circa ordinauit omnium sinodalium cōstitutionum confirmationem petendam esse a sede apostolica, ita tamē ut ordinariorum manus in dispensando necessitate aut honestate exigentibus in casibus alias communi iure permissis nullatenus ligatæ esse intelligerentur.

De sinodo ꝓuinciali & diocesana deq; visitatiōe p ꝑlatos habēdis. Rubrica.

Diocesanam sinodum singulis annis, prouincialem tertio quoq; anno celebrari omnesq; clericos & ꝑlatos ad illam accedere oportere. Cap. j.

vide pag: 109.

¶ Dixit .N. Abbas. Notum uobis esse existimo P. R. quāto studio antiqua patrum decreta prouiderint concilia singulo quoq; anno in ꝓuinciis & diocæsibus celebrari debere pro uitiorum hęresumq; extirpatione, proq; morum reformatione qđ & santissimus dominus noster Leo Papa X. in lateranensi concilio nuper institutū renouauit. mandauitq; tertio quoq; anno saltē obseruari. uidetis enim qualem in moribus iacturam fecerit chistiana religio postquā ab huius laudabilis instituti obseruatione cessatum est.

¶ Item & quā necessaria sit prelatorū in uisitādo diligentia uestrum credo latere neminē. Diuino nāq; oraculo prælatis dictū est: Intende ad uisitandas oēs gentes. P. igitur uestrarum partes esse iudico pro uniuersali omnium totius prouinciæ animarum salute canonica hæc instituta renouare, & quia quasi desuetudine inūbrata sunt omnib. ad memoriam reducere:ac inuiolabiliter obseruari mandare.

¶ Assensere omnes & tota deinde sinodus ordinauit ꝓuinciale conciliū tertio quoq; anno tempore & die a Reuerē

disśimo Archiepiscopo Florētino prefiniendis congregari debere triduo tantum (nisi aliud eorum quæ tractanda erunt qualitas suaserit) duraturæ. Sinodum autem diocesanam singulis annis in suis cathedralib. ecclesiis feria quinta, q̄ erit post Dominicam in albis, uel alio quod ordinarius placuerit cōmodiori tpe conuocari mandauit. Suffraganeos aūt Abbates & alios prælatos non exemptos, qui inuitati ad prouinciale concilium, ltima non subsistente causa per se uel per aliū qn̄ necessitas suaderet uenire neglexerint per sex menses ab officii sui executione suspensos esse declarauit, quo ad exemptos aūt seruari uoluit cō stitutionē Lateranensis sinodi in sessione decima. Plebanos uero: priores, rectores, aut alios quomodocumq; animarum curam habentes qui ad diocesanam sinodum non uenerint eo ipso unius floreni mulctam ipsius sinodi expensis adiiciendam incurrere uoluit.

Ex se patet Cap. ij.

¶ A Sinodo diocesana nullum nisi licentiatum & soluto prius cathedratico recedere posse uoluit, aliter recedentem in solidis quadraginta condemnauit.

Ordo qui in sinodis obseruandus est. Cap. iij.

¶ In conciliis ac Sinodis habendis hunc mandauit obseruari ordinem, ut ante diem concilio uel sinodo dictam omnibus cathedralium & collegiatarum ecclesiarum capitulis, necnon & religiosorum uirorum & monialium collegiis, singulisq; Prioribus, Plebanis, Rectoribus, & aliis quibuscumq; deuotis & religiosis uiris iniungatur, ut publica & priuata deum omnipotentem oratione pulsent: ut spiritum suum de cœlis emittere dignetur, qui mentes & corda patrum in sinodis adunatorū illuminet. Die autē qua sinodus inchoari debet prius rogationes a clero habeantur circum ecclesiam. De inde incipiat̄ missa Spiritus sancti & inter missarum solemnia per prelatum uel alium cui ipse demandauerit ad clerum habeatur orō. Finita aūt missa si p tp̄s licuerit legant̄ alta uoce cōstōnes. in sequentibus postea diebus tractent̄ cāæ, puniant̄ rei, fiāt ordinationes

tiones: & alia quæ secundũ Deum expedire uidebuntur.

Contra suscitantes rixas in sinodo. Cap. iiij.

¶ Excitantes in conciliis rixas aut tumultus eo ipso in ducatis tribus condemnatos esse uoluit.

Tempora visitandi & quando quis in visitando dicatur negligẽs. Cap. v.

¶ De prælatis autẽ in uisitando negligentibus ita statuit: ut tertio quoq; anno saltẽ parrochias suas uisitare teneantur prælati: alias prælatus qui triennio diocesis suę uisitationem omiserit negligentẽ reputari & eius statim negligentiã per eũ ad quẽ de iure spectat absq; alia monitione suppleri posse incurrereq; oĩa negligentis pjudicia diffiniuit.

Visitator effringat hostia quando ecclesias ingredi prohibetur. Cap. vj.

¶ Ordinarios uisitãtes ecclesiarum: monasteriorũ: hospitalium ostia ualuasq; effrigere posse declarauit q̃do sibi ecclesiarum aut hospitiorũ aditus indebite clauderentur.

Associãtes prælatum visitãtem haberi p presẽtib. & itere ssẽtibus. Cap. vij.

¶ Itẽ & uoluit ordinarios uisitãtes unũ aut duos ex cathedralis ecclesię canonicis ducere p ciuitatẽ & diocesim corã quibus oĩa uisitationis acta & gesta scribant & fiãt. Archiepm aũt si p se uisitauerit tres aut quattuor si uidebit: si p Vicariũ unũ aut duos ex canonicis ecclesiæ Florẽtinæ. Capellanos aũt quot uoluerit dũmõ nõ excedat nũerũ a canonib. taxatũ ducere posse statuit. Et ne officiũ suũ cuiq̃ dãnosũ sit: oẽs canonicos: capellãos: Arhiepm: epm aut Vicarios in uisitando comitantes haberi p præsentibus & interessenti bus diuinis in ecclesiis suis cũ plena omniũ quottidianarũ distributionũ strennarũ: & quorum cũq; extra ordinariorũ lucrorum percęptione uoluit.

Onera expensaruȝ inter visitatos partienda esse. Cap. viij.

¶Item ne subditi uisitatione nimis grauentur, utq; partitũ onus leuius feratur, uoluit omnes ecclesias uisitatas apud quas non hospitabitur uisitator conferre in sumptus ab ecclesia in hospitando uisitatorem factos pro modo facultatum ipsius ecclesiæ conferentis, quas expensas uisitantis arbitrio taxari placuit.

Prohibet a visitatis quicquam vltra expensas accipi. Cap. ix.

¶Sacrorum quoq; canonum uestigiis inhærendo sub pœna maledictionis æternæ præcœpit omnibus uisitatoribus ne ultra legitimam procurationem.i.uictualia quicquam a uisitatis exigant, & iis quoq; non sint morosi: sed ea quæ sibi apponentur cũ gratiarum actione suscipiant, nec plus apud uisitatos quam necesse sit immorentur omnia quam celerrime possunt expediant, & si casus altiorem indaginem requirens emerserit notarius illud adnotet, postea in ciuitate terminetur. cauendum quoq; monuit ne uisitator uenationibus aut aucupiis intenderet.

¶Posse tamen uisitatorẽ reos punire mulctas iustas indicere & ex illis notario & equoꝝ uectionib. satisfacere uoluit.

Prælatus in visitando ducat notariuȝ qui omnia conscribat. Cap. x.

¶Visitatorem ordinauit secum ducere notariũ qui ea que uisitando geruntur scribat, ecclesiarum qualitates necessitatesq; adnotet, cui ut præmissum est ex infligendis mulctis salarium uisitator exhibebit. Librum autem quo uisitationis acta conscribuntur in archiuio publico ad perpetuam rei memoria permanere uoluit.

De deo glorioso eiusq; sanctis verbo ⁊ opere honorandis. Rubrica.

Accepta

Acceptatur constitutio lateranensis sinodi contra blasphematores eiusqꝫ tenor inseritur. Cap. primum.

¶ Quoniam in primis decet homines gloriosũ deum eiusqꝫ sanctos pręcipua religione uenerari: eumqꝫ laudãdo quottidie magnificare & glorificare, sancta hæc florentina sinodus in spiritu sancto congregata animaduertens, scelerata quorundam ora, in ipsum coeli & terræ creatorem, necnõ unigenitum eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, almamqꝫ eius genitricem sanctosqꝫ alios ita passim aperiri, ut pleriqꝫ uolentes sibi fortis atqꝫ animosi nomen in populo uendicare non prius id se assequi posse arbitrentur quam si nutrita barba ad omne uerbum deo: Christo, eiusqꝫ matri, aut sanctis maledicere, inqꝫ eos uerba contumeliis plena effundere didicerint. Vt eorundem sceleratorum ora occluderet, diuinamqꝫ a tanta maiestatem iniuria liberaret accæptauit, & in tota ꝓuincia publicari, publicatamqꝫ obseruari mãdauit constitutionẽ in Lateranensi cõcilio nuper editam ꝑ Sanctissimũ in Xp̃o patrẽ. D. N. Leonẽ X. Pont. Max. Cuius quidem constitutionis tenor est.

¶ Ad abolendam execrabilem blasphemiam, quæ in maximum diuini nominis & sanctorum contemptũ supra modum inualuit statuimus & ordinamus, ut quicumqꝫ deo palam seu publice maledixerit, contumeliosisqꝫ ac obscoenis uerbis Dominum nostrum Iesum Christum, uel gloriosam uirginem Mariam eius genitricẽ expresse blasphemauerit. Si munus publicum iurisdictionem ue gesserit, perdat emolumenta trium mensiũ ꝑ prima & secũda uice dicti officii, si tertio deliq̃rit illo eo ipso priuatus existat.

¶ Si clericus uel sacerdos fuerit eo ipso quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunqꝫ habuerit fructibus applicandis, ut infra unius anni mulctetur, & hoc sit pro prima uice qua blasphemus ita deliquerit. Pro secunda uero si ita deliquerit & conuictus ut præfertur fuerit, si unicum habuerit beneficium eo priuetur. Si aũt plura quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod si tertio eius sceleris arguatur & cõuincatur: dignitatibus ac beneficiis omnibus quęcumqꝫ habuerit eo

ipso priuatus existat: ad eaque ulterius retinenda ĩhabilis reddatur eaque libere impetrari & conferri possint.

¶ Laycus uero blasphemãs: si nobilis fuerit pœna .xxv. ducatorum mulctetur: & pro secunda uice .L. Fabricæ Basilicę principis appostolorum de urbe applicãdorum: & aliis: ut infra deducitur. Pro tertia uero nobilitatẽ perdat. Si uero ignobilis ac plebeus fuerit in carcerem detrudatur. quod si ultra duas uices publice blasphemans deprehẽsus fuerit mitra infami per integrum diem ante fores ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur.

¶ Si uero pluries in hoc ipsum peccatũ lapsus fuerit ad perpetuos carceres: uel ad triremes dãnetur ad iudicis deputati arbitrium: in foro autẽ conscię nemo blasphemiæ reus absque grauissima penitentia seueri cõfessoris arbitrio iniuncta possit absolui. Qui uero scõs reliquos blasphemauerit: arbitrio iudicis rationem personarum habituri mitius aliquanto puniri uolumus.

¶ Statuimus ẽt ut sæculares iudices qui contra tales blasphemiæ conuictos non animaduerterint, eosque iustis pœnis minime affecerint quantum in eis fuerit quasi eidem sceleri obnoxii: eisdem quoque pœnis subiiciantur. Qui uero in illis inquirendis puniendisque diligentes & seueri fuerint, pro qualibet uice decem annorum indulgentiam consequantur & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicumque uero blasphemantem audierint eum uerbis acriter obiurgare teneantur si citra periculum suum id fieri posse continget: eundemque deferre uel notificare apud iudicem ecclesiasticum seu sæcularem intra triduum debeant.

¶ Quod si plures dictum blasphemantem simul audiuerint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes conuenerint ut unus pro cunctis tali fungatur officio.

¶ Quos omnes in uirtute sanctæ obedientiæ hortamur & monemus in domino ut pro diuini nominis honore ac reuerentia, in suis dominiis ac terris præmissa omnia seruari, & exactissime exequi mandent ac faciant uberrimam ab ipso deo tam boni ac pii operis mercedem habituri similemque annorũ decem indulgentiam ab apostolica sede consecuturi cum tertia parte mulctæ qua dictus blasphemus plectetur: quotiens tale scelus puniendũ curauerint. Quã quidem indulgentiam, & reliquam tertiã mulctæ partem accusatori blasphemi nomen deferenti similiter cõcedi & asignari

assignari uolumus. Aliis pœnis contra huiusmodi blasphemos per sacros canones expressis nihilominus in suo robore manentibus.

Reseruat ordinariis blasphematorum absolutionem mandatq; præcedentem constitutionem in parochiis publicari. Cap. ii.

Vtq; magis præfatæ constitutionis tenor obseruetur reseruauit ordinariis absolutionem eorum qui deum aut sanctos publice blasphemauerint: mādauitq; omnib. prioribus, plebanis, rectoribus, & uicerectorib. ecclesiarum ut ter in anno infra missarū solemnia festiuis diebus quando populus est frequentior in ecclesia legant & declarent hanc præfatam salubrem constitutionē sub unius ducati pœna. Item ut eisdem ordinariis omnes publice blasphemantes denunciare teneantur sub eadem pœna.

Ne cruces aut sanctorum signa in locis immundis ponantur. Cap. iii.

Item quia facto eque ac uerbis diuinam ledimus maiestatem, & quæ in imaginem fiunt in eū quem imago refert facta esse dicuntur. Ordinauit ne quisquam cruces aut alicuius sancti signa in locis immundis uel in silicibus aut pauimentis quæ hominum aut animalium pedibus terantur pœna ducatorum .x. auri Dn̄is octo pauperibusq; Christi æqualiter applicandorum si layci alias in pauperum usus si clerici sint, pingere aut sculpere audeat.

Ponitur poena eorū qui eucharistiam dei: aut sanctorum imagines percusserint. Cap. iiii.

Item & omnes qui diabolico furore accensi crucifixi aut almæ uirginis imaginem percusserint alia ue iniuria affecerint in ducatis centum, quarta Dominis octo: quarta ac-

cusatori, quarta iudici exequēti, quarta pauperibus Christi ex parte applicandis condemnauit si layci sint & nobiles, si ignobiles triennio mitra dehonestatos uinculis coherceri mandauit. Si clerici sint beneficiis, si qua habent priuari ab ordinum executione suspendi, & si beneficiis careat ad ordinarii arbittium mulctari suspendi & in uinculis detrudi uoluit.

¶ Quod si sanctissimum eucharistiæ sacramentum simili affecerint iniuria illos excomunicatos iisdemq3 & maioribus si iudici uidebitur obnoxios pœnis uoluit.

Excōicat, beneficijs & bonis priuat: aliisq3 grauioribus poenis afficit apostatātes a fide. Cap. v.

¶ Eos aūt qui diaboli aut alterius humanæ creaturę: aut proprię temeritatis impulsu (ut de nonnullis maleficis & mulieribus & uiris auditum est) crucifixum aut hostiam pedibus a Xp̄i fide apostatando calcauerint, conspuerint, aut aliter ipsum Xp̄m abnegā po iniuria affecerint excōicatos oibusq3 officiis & beneficiis ecclesiasticis ac sæcularibus nec non bonis iuribus & actionibus quomodocūque competentibus eo ipso priuatos, infames, intestabilesq3 esse pnunciauit, inhabilesq3 ad officia ac beneficia ecclesiastica usq3 ad quartam generationem ita tamen ut si layci sint eorum bona sæculari fisco adiiciantur eosdem quoq3 nisi cito resipuerint sęculari tradendos curiæ iudicauit.

Contra sortilegos maleficos maliardas & diuinatores contraq3 eis auxilium, consilium, aut fauorem dantes meritis isurgit poenis. Cap. vj.

¶ Ad hæc uenerabilis quidam exurgens dixit, q̄tum studii ac diligentiæ impenderint primi illi p̄res in cōuentibus si nodisq3 suis in eliminando pœnitusq3 extirpando a Xp̄i religione Magos, Ariolos, Incantatores, Augures, Aruspices, Sortilegos, maleficos, elementorum adoratores, obseruatores, cæterasq3 a zabulo inuentas supstitiones, artesq3 infandas

infandas, qui Toletani Laudicēsis, Carthaginensis, Aqui rensis conciliorū, aliorumq; sanctorum instituta & ordinationes patrum legerit facile inueniet. At nunc ista nullo prohibente ita passim exercentur. ita diabolicū hoc adq; Xp̄ianę religionis pernitiem inuentum uirus serpsit, ut p̄ furtis reperiendis: proq; sanitate habenda prius sortilegos incantatoresq; quam iudices aut medicos consulant. proq; puellarū amore conciliando, aut pro sumenda de inimico uindicta ita maleficis artib. alligantur, ut Xp̄m sanctamq; eius fidem abnegare expressis aut tacitis saltē fœderib. dæmones adorare fas piumq; existimēt. Quocirca operepcium facturas esse arbitros, P.V. si statutis ordinationibusq; suis ab omnib. p̄uinciæ populis eliminare contenderint.

¶ Vniuersis placuit sermo.

¶ Propterea detestabilem & sacrilegam hanc corruptelā de Sanctorū patrū sentētia a Florentinæ prouinciæ limitib. auertere desiderans iste sacer couentus, monuit oēs sortilegos, incantatores, Magos, maleficos, Augures, Ariolos, quodcunq; illicitum diuinationis genus exercentes: stellarum aut elementorum quoruncumq; adoratores, & ab eis auxilium, consilium quolibet requirētes, ut infra xv. dies, quos peremptorie assignauit illaudabile hoc & nefarium exercitii genus dereliquisse debeant. Alias siquis postea in tota hac Florentina prouincia conuictus fuerit sortilegam aut magicā artem p̄ reperiēdis furtis, aut p̄ quauis re exercuisse uel maleficia seu malias fecisse, aut incantationibus quę cū dæmonū inuocatione fiunt operam dedisse, aut lunam, stellas, elementa, dæmonesq; aut aliam creaturā contra sanctorum decreta patrum adorasse aut hmōdi magis sortilegis, maleficis, incantatoribus p̄ cōsilio auxilioq; habendo participasse si raro & non antea conuictus siquidē clericus est beneficiis si qua habet priuari, alias in ducatis L. mulctari, aut triennio uinculis arceri si laycus & nobilis in ducatis L. Dn̄is octo p̄ tertia, accusatori p̄ tertia, p̄ reliquo Xp̄i pauperibus applicādis condemnari, si ignobilis mitra dehonestatū e p̄uincia expelli statuit & ordinauit.

¶ Et si semel de prædictis cum expressa dæmonum inuocatione conuictum iterum relabi contigerit uelut incorrigibilem & apostatam sæculari tradendum curiæ ut debitis suppliciis afficiatur iudicauit.

¶ Item & ipsas maleficas que maleficiis suis alicui mortē aut

membri debilitationem aut iugem & nõ sanabilem ęgritudinem attulerunt aut pueros fascinauerunt, etiã si alias conuictę non fuerint, dummodo artem illam diabolicam per annum exercuerint sæculari tradendas curiæ pronunciauit cum primum semel conuictæ sunt.

Contra clericos qui sacraméta maleficis impartiunt. Cap. vj.

Clericum quoq; qui eucharistiam aut alia sacramenta maleficis dederit uel eis imagines aut scripta benedixerit, baptizauerit ue, beneficiis priuari, & amplius in ducatis quinquaginta condemnari uoluit.

De festorum dierum obseruatiõe. Rubrica

Punit ruralia exercentes festiuis diebus excepto necessitatis casu. Cap. j.

Non potuit sancta sinodus pro diuinæ maiestatis sanctorumq; eius honore sollicita non damnare execrabilẽ corruptelam nõnullorum qui festiuis diebus passim mechanicas exercent artes, & negociantur non sine magno catholicæ religionis opprobrio. Quo circa rusticos omnes & quoscunq; alios qui festiuis diebus arauerint, seminauerint, ligonizauerint, agros ue aliter foderint, boues iunxerint uehendi gratia granum, uinum, oleum, ligna, mercesq; alias asportauerint in ducatis duobus, quarta accusatori, quarta iudici exequẽti, quarta Dñis octo (si layci sint) reliqua Christi pauperibus applicãdis. Declarauit tamen bello aut aliis imminentibus periculis ex parrochiani sui consilio (si adsit) eosdem posse frumenta cæterosq; fructus colligere ad tuta loca uehere hæc & alia etiam supellectilia, cum necessitas legi minime subdatur.

Puniuntur quoq; artifices & alii uendentes festiuis diebus aliud quam esculenta & poculenta. Cap. ij.

Simili

¶ Simili quoq; pœna artifices feriri uoluit qui dei ac sancto rum festa inhonorauerint.

¶ Item & eos qui ex inolita corruptela cartas, gladios, uasa, & plerunq; res furti uitio subiectas eisdem festiuis diebus uendere non erubescunt. Vendentes tamen esculenta ob pauperum utilitatem istis pœnis subiicere noluit dũmodo prius missam audiant, ut ex præcæpto tenentur.

¶ Compescitur insolentia ciurmatorꝫ ne canant aut vendant dum diuina celebrantur. ¶ Cap. iij.

¶ Circulatorum quoq; pstigiatorꝫ pharmacopolarꝫ, & alioꝝ quos comuni nomine ciurmatores uocamus, pnitiosa gar rulitas eo usq; processit, ut dum diuina in ecclesiis celebrã tur ipsi publice in plateis cantent, ita ut populus nugarũ auidissimus ipsis canentibus a diuinorum auditione retra hatur. Quare uetuit sancta sinodus hmõi homines dum di uina in ecclesiis celebrantur, cantare, uendere, aut quidq̃ aliud quo populum detineant facere pœna unius ducati Christi pauperibus & accusatori pro parte applicandi.

Prohibet saltationes sonos & lusus dum diuina celebrantur. ¶ Cap. iiij.

¶ In comitatu quidam festiuo tempore ad ecclesias acceden tes dum diuina celebrant̃, saltant, ludunt, sonant, ita ut & diuina strepitu cõturbent, aliosq; ab ipsorum auditione auertant. Quæ ne deinceps fieri contingant uetuit om nes dum missarum solemnia celebrantur saltare, sonare, aut canere, nisi id fieret in ecclesia pro sacramento honorando, & contrafaciẽtes in libris tribus ex parte accusato ri parte iudici exequenti applicandis condennauit. Post Missarum aũt solemnia non uetuit ipsos ꝓ more saltare, sonare, aut canere modo id non fiat in ecclesia aut locis sa cris, uel quando uespere celebrantur prope ecclesiam tre centis passibus aliter.n. uesperaꝝ officia perturbarent.

¶ Contra eos qui in ludicris & obscœnis rebus diuinæ scripturæ testimonijs abutuntur. ¶ Cap. v.

¶ Non minorem deo eiusq[ue] orthodoxæ religioni contumeliam affert perdita nonnullorũ audacia, qui ex sacramentis rebusq[ue] fidei ioco[rum] ac risus argumenta quęrunt. nonnulli.n. turpes de amore sermones in cõmessationibus tripudiisq[ue] habent inuocando:diuinæ legis testimonia adducendo,aliaq[ue] signa faciendo more eorum, qui in ecclesiis uerbum dei populo enunciant. Quidam uero de lupo capra missam se dicere pollicentur alius plenis buccis credo Margutti publice intonat, alius pœnitentiæ sacramentũ deridens publice confitetur,delictaq; [pro] auditorũ risu excitando maxima cõmemorat cum sanctorum nominum abusione. Quo circa sancta Sinodus de X[ri]pianæ religionis honore sollicita oẽs homines, qui in futurum talia dixerint, aut aliter qumodocũq; iocosis ridiculisq; rebus sacro[rum] aut diuinæ legis nomina miscuerint, seu talia dictauerint, scripserint, impresserint, aut dictata, aut impressa uendiderint, quotiens id fecerint in ducatis quinq; cõdennauit, quorum quartam accusatori, quartam iudici exequenti,reliquum pauperibus Christi applicari uoluit. Et si clericus id fecisse conuincetur grauior illum (ut iudici uidebitur) pœna expectet.

Per se patet Cap. vij.

¶ Item mandauit omnibus celebrantibus in comitatu ut crebro moneant parrochianos suos sub excomunicationis pœna ne arma deferant in ecclesia aut ea deponant iuxta ualuas ecclesiæ. experimento namq; compertum est ob armorum uicinorum commoditatem homicidia & cędes in ecclesia fuisse perpetrata.

Ne celebretur in locis fraternitatum: dum in principali ecclesia celebratur. Cap. vij.

¶ Abusus quoq; inoleuit maximus apud istas layco[rum] fraternitates, ut illis festiuis diebus conuenientes relictis principalioribus ecclesiis ea hora; qua in illis missæ cantantur, ipsi & suas aperiant sinagogas,cantentq; sua populo officia ita ut ecclesiæ populi multitudo subtrahatur. Cui uolens morbo occurrerere sancta sinodus, pręcæpit omnib. huiu-

huiusmodi fraternitatum gubernatoribus sindicis & capellanis, ne dũ principalis missa in ecclesia, in cuius parrochia uel ambitu est dictarũ fraternitatum oratorium legitur, aut cantatur, ipsi audeant missam aut aliquod aliud officium cantare, aut cantari uel aliter celebrari facere. contrafacientes autem duobus ducatis mulctari uoluit. & si non destiterint excomunicari.

De celebratione missarũ ãniuersarioꝝ deq; sacramẽtis honorãdis. Rubrica

Ut non celebretur in locis vbi dormitur vel aliter immundis, etiam quãdo altare portatile est ex priuilegio concessum. Cap. primum.

¶ Quam munda quamq; honesta debeant esse loca ubi diuina celebrantur, & pręcipue ubi gloriosissimũ illud eucharistiæ sacramentum conficitur, diuina & canonica edocent instituta. Scriptum est.n. Vide ne offeras holocausta tua in omni loco. nunc autem in Florentina prouincia inualuit corruptela, ut in domibus prophanis .i. in cameris ubi dormitur, matrimonialia exercentur, luditur, aliaq; corporis necessaria peraguntur passim celebretur.

¶ Proinde sancta sinodus uolens a tanta sacramentum irreuerẽtia uendicare præcæpit omnibus sacerdotibus ne ulterius celebrent missas in locis nõ deo sacratis, nisi ex specia li sedis apostolicæ uel ordinariorũ indulto sit aliquib. concessum altare portatile, & tunc quoniam huiusmodi concessiones hac adiecta cõditione dantur ut celebretur in locis cõgruis & honestis, declarauit loca cõgrua esse oratoria priuata uel loca in domibus munda ubi non dormiatur, nec aliud exerceatur ꝑpter quod locus sit minus decens ubi tanrũ sacramentũ conficiatur. Celebrantes autem contra præfatæ constitutionis tenorem uno ducato cõdemnauit partẽ accusatori, partẽ Christi pauperibus applicãdo.

Ut missa deuote celebretur & prius reuideatur. Cap. ij.

¶ Item adtollendum abusum nonnullorum clericorum qui tanta indeuotione missas celebrant, ut accedentes ad altare ioculatoris potius spẽm præferre uideantur, missamq; ita ex abrupto & in præmeditati auspicentur, ut tum irreuerentia, tum erroribus quos improuisa legendo committunt, populo diuina mysteria contemptibilia reddant, sintq; magno deuotis mentibus scandalo præcæpit omnibus sacerdotibus in uirtute sanctæ obedientiæ ut celebraturi, missam priuate legant suisq; adnotẽt signis priusq̃ ad altare accedant. Deinde ad altare accedentes non prius cõfessionem incipiant quam ante illud genua deuote flexerint, postea uero ea qua decet reuerentia a principio usq; ad finem sacra mysteria peragant. Ad que oĩa ut facilius intendant omnibus missam ut premittitur anteq̃ ad altare accedant legentibus, & cum præmissa reuerentia celebrantibus xl. dierum remissionem de ĩniunctis pœnitentiis cõcessit cõtrafacientesq; ordinariorum arbitio puniri uoluit.

De se patet. Cap. iij.

¶ Item clericum qui bis in die celebrauerit exceptis casibus a iure permissis in ducatis quinq; ordinariorum fisco applicandis condemnauit.

Contra celebrantes missas votiuas, aut mortuorum festiuis diebus. Cap. iiij.

¶ Clericos qui auaritiæ & cupiditatis uitio laborãtes Dominicis & aliis festiuis diebusq;, populos currenti missa fraudantes mortuorum anniuersaria celebrant ducatis duobus quoties id fecerint condemnauit.

Quibus tpibus non liceat ad alienas ecclesias accedere pro anniuersarijs mortuorum celebrandis. Cap. v.

¶ Ad anniuersaria quoq; seu mortuorum officia in alienis ecclesiis celebranda uetuit sinodus rurales ecclesiarum rectores accedere a Dominica de passione usq; ad octauam resurrectionis.

resurrectionis. Voluit .n. sacris hisce diebus rectores ouiũ suarum curæ intendere. properea moneant parrochianos suos: ut anniuersaria sua celebrari faciant in sacrati ieiunii principio. Contrarium facientes uno ducato mulctari uoluit nisi in ecclesia sua relinquerent, qui iniunctum sibi onus complerent.

Non licere diebus festiuis proprias ecclesias deserere nisi certis casibus. Cap. vj.

¶ Inolitam consuetudinẽ ut sacerdotes proprias parrochias deserentes festiuis diebus ad alias sese ecclesias: ut earum festa honorent celebrandi causa conferant: utpote animabus pernitiosam tollere intendẽs hæc sancta sinodus præcępit omnibus ecclesiarum rectoribus & uice rectoribus ne Dominicis aut aliis festiuis diebus ecclesias sibi cõmissas sine missa relinquant hoc uel alio prætextu: nisi accesserint ad plebem uel aliquã ecclesiam dę plebatu non distantem ultra unum miliare & non habentem flumen in medio: ita ut ucrisimiliter populus suus possit ad ecclesiã honoratam uel aliam uicinam accedere inibiq; audire missam contrariũ facientes in libris quinq; cõdemnauit: quarum partem accusatori partẽ iudici exequẽti adiici uoluit.

Mulctãtur qui eucharistias aut alia sacramẽta indecẽter tenuerint. Cap. vij.

¶ Vt iuxta sacrorũ canonũ dispositionẽ sanctissimũ eucharistiæ sacrm̃ debita uel ea saltẽ qua pñt reuerentia custodiant in sacerdotes qui eucharistiã in loco aut uase indecenti & imundo tenuerint: aut sine lumine & sine clausura in ecclesia & extra ecclesiã sine lumine & tintinabulo quãdo acciderit illud deferri ad ęgrotos in libris.x. accusatori & iudici exequẽti ęqualiter applicandis cõdemnauit.

¶ Eadem quoq; pœna feriri uoluit tenentes aquã baptismatis in loco indecenti & sine clausura. Item & tenẽtes oleũ sanctum Crisma & sanctorum reliquias in locis apertis & non decentibus. Constat .n. multoties a maleficiis dirisq; hoibus ista fuisse ob sacerdotũ negligentiam subtracta.

Contra illos qui celebrant in vasis ligneis fractis:aut sordidis:itē & super lapidibus fractis aut corporalibus immundis. Cap. viij.

Multi sacerdotes præcipue rurales celebrando aliquoties utuntur calicibus fractis: aut rubigine ita consumptis & sordidis:ut preter nauseam quam celebranti mouere possunt aliquas sacramenti reliquias semper retineant. Quare sancta sinodus periculosam istorum cupiens emendare negligentiā: sacerdotes calicibus ruptis:rubigine notatis: sordidis; ligneis ue celebrātes:quoties id fecerint in lib.x. condemnauit. Etsi calicis fractura sit notabilis:ita ut de facili sacramentum spargi possit in ducatis quinq;.

Simili quoq; ducti negligentia multi celebrant super altaribus quorum lapides amoto:aut fracto cōsecrationis sigillo execrati sunt. Ideo super iis execratis lapidibus celebrātes in ducatis tribus condēnauit eos quoq; qui corporalibus aut purificatoriis immundis aut sine debito tobalearum numero celebrauit in libris quinq;.

Celebrans ex indulto in aliena parrochia a quib. abstinere debeat. Cap.ix.

Item uetuit omnes celebrantes in oratoriis priuatis aut publicis infra limites parrochiæ alterius pulsare campanas pro populo adunando, enunciare festa,colligere oblationes,uendere cādelas,sacramenta conferre,aut quicquā aliud facere in parrochialis ecclesiæ preiudicium nisi speciali aliquo iure muniantur:secusq; faciētes in lib. quinq; condemnauit & ad restitutionem emolumēti inde percepti rectori parrochiæ faciendam.

Omnes oblationes regulariter pertinere ad principalem ecclesiæ rectorem. Cap. x.

Item ad tollendam scandali & rixe materiam statuit & ordinauit

dinauit præfata sinodus omnes oblationes cõsistẽtes in cera laborata uel non laborata fruméto: bladis: pane: uino: oleo: & caseo: pãnis lineis: laneis: uel aliis quibuscũq; rebus: quæ quoquo modo fierẽt in qualibet parte ecclesię & cimiterii: aut eius pertinẽtiarum spectare & pertinere ad ecclesiam & Rectorem eius nisi priuilegio aut alio speciali iure alteri competere dignoscatur.

De ecclesiis reparãdis deq; eo℞ operariis & fraternitatibus apud eas consistentibus. Rubrica.

Decernitur tertiã partem reddituum ecclesiarum esse hypothecatam pro reparatione: & aliis ecclesia℞ necessitatibus & excipit nonnullos casus. Cap. primum.

Quoniam diuini cultus honor maxime cõseruatur in templis oratoriis: aliisq; sacrificio & orationibus deputatis locis statuit & ordinauit sancta sinodus tertiam partẽ redditũũ ecclesiarum esse hypothecatam p reparatione atq; instauratione earum. Item q; pro ornamentis Calicibus: libris: atq; aliis ad diuinum cultum spectantibus: quãdo aliquo eorum indigent: posseq; hmõi fructus per ordinarios auctoritate propria capi & cõuerti in reparationem aut ornatus: & alias præfatas necessitates quãdo rector beneficii monitus per annum fuit negligens in dicta reparatiõe faciẽda aut in præfatis necessitatibus occurrendo. Quod ita sane intelligi uoluit quando duæ partes redditũũ que supersunt sunt sufficientes ad substentandum rectorem uel alium qui loco eius ecclesiæ deseruiat. Viuere .n. in primis debent qui altari seruiunt de ecclesiæ redditibus, & si nihil ultra superest partochiani uel patroni ecclesiæ onus hoc subire cogantur per ordinarium. Eo quoq; casu quo quis per plures annos ecclesiæ ruinosæ redditus percæpisset si ecclesia ultra uictum deseruientis abundat nec põt

tertia redditum parte reparari ordinarius possit dimidiam fructuum in ecclesiæ reparationem conuertere.

¶ De ecclesiis tãtum quę in plerisq; puinciæ locis operarios habent qui in ecclesia fabricæ curã gerunt intelligi noluit præsentẽ constitutionẽ si opere redditus ad hoc sufficiunt.

Ut operarij ecclesiarum idoneæ caueant in manibus ordinarioꝝ: vtq; iuxta modũ hic traditum rationes reddant. Cap. ij.

¶ Et ut isti operarii layci sint diligentiores & sollicitiores ad exponendos redditus ad huiusmodi reparationem destinatos statuit.

¶ Quod operarii ecclesiarum uel aliorum piorum locorum totius prouinciæ Florentinæ infra .x. dies a die quo electi erunt, uel alio modo creati in operarios debeant in manibus ordinarii sui idoneam pręstare cautionem de ratione reddenda in fine cuiuslibet anni, qua infra dictum tempus cautione non pręstita ipso iure sint & esse intelligantur eo offitio priuati, aliiq; similiter qui cautionem præstent eligantur. Quorum operariorum rationis redditio in fine cuiuslibet anni fieri debeat in præsentia rectoris ecclesiæ uel eius uicegerentis infra mensem a die finiti officii, & si aliquid residui in eorum manibus uel in posse debitorum quod exactum nõ esset, remaneret, possint & debeant per locorum ordinarios, etiam ad instantiam rectoris ecclesiæ uel uicegerentis præfatorum uel operariorum nouorum infra unum alium mensem a die finiti mensis præfati ad exponendum & expendendum præfatam quãtitatem in reparationem ecclesiæ uel in ornamenta, & alias eius necessitates prout uidebitur & placebit præfatis Dominis operariis, alias dicto termino duorum mensium elapso uoluit dicta sinodus per rectores & uicegerentes præfatos posse cogi dictos operarios & debitores ad reddendum rationem administrationis temporis sui, & ad dandum & tradendum eisdem rectoribus & uicerectoribus omnia residua penes eosdem operarios & debitores remanentia. Qui similiter rectores & uicerectores teneantur expendere præfata residua

infra tres menses in necessitatibus dictæ ecclesiæ, requisito tamen operariorum præfatorum consilio & expendendo in illis necessitatibus, in quibus operarii expendere tenebantur. Quam quidem constitutionem sancta synodus declarauit habere locum in omnibus operis ruralibus ubi tales excessus maxime frequentantur.

Extendit præcedentem constitutionem ad administrantes bona societatum. Cap. iij.

¶ Idem quoq; statuit obseruari quo ad cautionē præstandā ab omnib. capitaneis, gubernatoribus, camerariis, & aliis quibuscunq; administrantibus bona societatū siue fraternitatum hn̄tiū bona ꝓpria uel redditus sp̄ales & subiectarum ordinarioꝝ iurisditioni, ut & ipsi intra dictū tp̄s idoneam cautionem de recte administrādo p̄stare debeant in manibus ordinarioꝝ sub pœnis ante dictis, & ea q̄ ex ponere tenerent in reparatioē uel necessitatem ecclesie similiter cōsignasse debeant rectorib. ecclesiaꝝ qū essent negligentes in ea expendendo, ut de operariis dictū est.

De poenitentijs & remissionibus & quæstoribus. Rubrica.

Non esse admittendos aliquos ad confessiones audiendas sine ordinarioꝝ licentia. Cap. primum.

¶ Dixit Venerabilis. N. P. R. pœnitentię sacramentum (ut ꝓbe nostis omnes) est secunda naufragii tabula in populo Christiano, illudq; quo reges & principes, ne dum populi sacerdotū iudicio colla submittere non dedignantur diuini profecto iuris inuētum. Sed quid dicam? tales hodie pœnitentię iudices aliquando eliguntur uiri indocti. cupidi, prius confitentiū crumenas q̄ conscientias examinantes, sine charitate, sine zelo, ut nisi per. P. V. celeri remedio succurratur, tam salubre, tamq; necessarium sacramen

tum a plerisq; contemptum iri uidebimus. Video immo plerosq; sine pœnitētia & sine cōmunione mensium & annorum spatia degere. Quosdam autem ut confiteantur extremum sacri ieiunii expectare, tumq; eodem contextu & errata confiteri & communionem accipere, nulla præmissa aut operis aut lachrymarum (ut sancti canones expetunt) satisfactione. Quosdam uero a non suis sacerdotibus ligari aut absolui ꝓcurare. Quare. P. R. statutis ordinationibusq; uestris tantæ canonū trāgressioni occurrite.

¶ Responderunt uniuersi placere ut isti abusus tollerentur, & ideo sancta sinodus statuit, ut nullus de cætero admittatur ad confessiones audiendas in tota prouincia Florentina, nisi de licentia ordinarii sui. Quibus ordinariis sub æternæ maledictionis interminatione præcæpit, ut sint diligentes in cognoscenda eius qui confessionib. audiendis deputatur sufficientia, aliter autem sine præfatorum ordinariorum licentia assumentes, atq; assumptos excomunicationis sententiam incurrere declarauit.

Ut cōfessores qui poenitētiales canones ignorauerint reprobētur. Cap. ij.

¶ Item animaduertens sancta sinodus ꝙ licet hodie omnes pœnitentiæ sint arbitrariæ, ita ut in dandis illis non oporteat sacerdotem sequi illorū antiquorū canonū rigorem, tamen sacerdos est iudex & arbiter unde debet illis canonibus si nō in quātitate saltem in qualitate pœnæ adhærere quantū pōt. Quo circa præcæpit omnibus audiendarū confessionū curam habentibus in uirtute sanctæ obedientiæ, ut edifcant canones pænitentiales, de quibus habetur mētio apud Doctores in summis suis. ut sciant illos postea sapienter & discrete moderari secundū circunstantias peccati, & contritionis quantitatem, alias eorundem canonū notitiam non habentes, ut in sufficientes reprobare uoluit. Mandauit igitur omnibus cōfessionum auditoribus, ut aliquam summam apud se habeāt uulgarē uel latinam cui studeant sub pœna ordinarii arbitrio moderanda.

Ex se patet. Cap. iij.

¶ Confessores quoq; qui confessa sibi peccata signo aut uerbo ꝓdiderint, qui cū ea cuius confessionē audiunt quicq̄ inhoneste

inhoneste turpiterue egerint, aut eã ad lasciuia & inhonesta perpetranda suaserint beneficiis officiisq; eo ipso suspẽsos priuatos perpetuisq; addictos uinculis declarauit.

Laycos & clericos a proprijs parrochianis absoluendos esse. Cap. iiij

¶ Damnauit quoq; sinodus corruptelam nonnullorum clericorum & religiosorum: qui sibi cõfessores pro arbitrio eligunt. Declarauit .n. eos parrochiano suo subesse, & ab eo ligari ac absolui debere sicut & cæteri parrochiani. Eos autem præsbiteros qui ausu temerario parrochianos alienos sine licẽtia parrochiani proprii absoluere præsumpserint in libris decem condemnauit.

Monitio habenda per rectores ecclesiarum. Cap. v.

¶ Monuit sacerdotes ut sint diligentes in exhortando populos ad pœnitentiam & eucharistiæ sacramentum reducendo ad memoriam dispositionem .c. omnis utriusq; sexus. Item in admonendo parrochianos, ut confiteantur ante ebdomadam sanctam protestando & comminando fore, ut post Dominicam in palmis non audiantur.

Contra eos qui semel in pascate poenitentiam communionemq; nõ accæperint. Cap. vj.

¶ Item statuit ut eum qui semel in anno in pascate pœnitentiam cõionemq; non accæperit, ter moneat sacerdos post pasca, & si non resipuerit priuet eũ ingressu ecclesiæ. si tñ sacerdoti uidebitur subesse iusta nõ cõicandi causa poterit tp̃s illud aliquantulum progare iuxta discretionis suæ modum. Eum tamen qui biennio a confessione & cõmunione monitus abstinuerit infamem ecclesiæq; ingressu priuatum esse declarauit. Et si triennio id fecerit contra eum acriori pœna procedetur ut ordinariorum discretioni consentaneum esse uidebitur.

Quotiēs oporteat clericos poenitentiam cōmunionemq; accipere, poenaq; in pmissis negligētiū. Cap. vij.

¶ Clericos celebrantes monuit ut singula saltem ebdomada confiteantur non celebrantes quater adminus in anno temporibus a canone designatis & Eucharistiam summāt clericum celebrantem qui per sex menses confiteri distulerit non celebrantem qui per annum, beneficiorum redditibus per annum, & si biennino a tam salubri sacramento abstinuerit beneficiis ipsis priuari uoluit.

Contra quæstores abutentes litteris apostolicis & eas aliter q̄; sonent vulgarizantes aut vulgarizatas imprimentes. Cap. viij.

¶ Nonnulli a sede appostolica licteras impetrant indulgētiarum, ut illis exquirant pecunias uel pro redimendis, captiuis, uel pro alio quocunq;. Deinde gratię suę tenorem materno sermone imprimi facientes plus in impresso habent quam sit in bullę suę originali, ut populos decipiant. Quādoq; etiam aliter sibi date potestatis terminos cū in absoluendo, tum in dispensando egrediuntur.

¶ Quę ne ulterius fiant sancta sinodus mandauit omnibus ecclesiarum rectoribus, ut hmōi impressas copias nullatenus accęptare aut publicare debeant sub pœna. x. ducat. nisi ab ordinario subscriptæ & signate fuerint, etiā si alias ab ipso ordinario generalē quærēdi licentiam habuissent: Ipsos autem questuores talia impressa, in quibus plus sit quam in originali ostendentes aut circunferentes ut alios appostolicarum literarum falsarios puniri uoluit.

¶ Impressores autem qui talium literarum uulgarizationes copias, & exemplaria sine ordinariorum subscritione impresserint, pœnis quibus aliis impressores non subscripta ab ordinariis imprimentes plectuntur subiacere uoluit, & alias falsi crimen incurrere si ut præmissum est aliud quam originale habeat continuerint.

De spõsalib. & matrimonijs. Rubrica.

Che forma si habbia a seruare nel contrahere li sponsali de futuro o de presenti. Cap. primo.

Ad hæc exurgens quidã dixit uiri fratres postquã de sacramentis honorandis multa & quidem sancte terminastis. Hortor P. V. ut de matrimoniis aliqua ordinẽt & declarẽt materno (si libet) sermone ut omnibus patere possint. Placuit uniuersis hic sermo: & quæ sequuntur ordinationes fecit comuni omnium uoto comprobatas: maternoq; (ut omnes intelligant) sermone dictatas.

Considerando questo santo sinodo di quanta importanza sia el uinculo matrimoniale: & quanto cautamente bisogni li Iudici uersare nelli iudicii di quelli. Attenta la difficulta che qualche uolta resulta alli prefati in cognoscere se el uinculo e de presenti, o, de futuro: p essere stata celebrata la cosa tra huomini ignoranti: & che non intendono la forza delle parole dalor prolate: & che molte uolte credendo obligarsi de futuro dicono parole de presenti del che poi ne resultano effetti cattiui & maligni come insegna la esperienza di tutte le cose maestra ha fatta la presente constitutione.

Korisi quella Lingua Tolcana del 1517.

Che per lo aduenire in tutte le diocesi della prouincia Florentina nessuno ardisca cõtrahere spõsalitii ne de futuro: ne de presenti, se prima nõ chiama el prete suo, ò uero un notaio, elquale faccia le parole tra loro in questa forma. Antonio prometti tu alla M. qui presente che ogni uolta che da lei o da suoi sarai richiesto, tu la piglierai per tua moglie, & esso risponda Messer si. Et dipoi el detto prete ò notaio chiami dua testimoni come costoro hanno contracto sponsalia de futuro, li quali si possono dissoluere di consentimento delle parti con la auctorita dellordinario. Et a ciò che queste cose si habbino ad osseruare condanna in dieci ducati li sposi, la madre, & padre, & tutte quelle persone che si intrametteranno in detti sponsalitii senza questa solennita.

Che li sposi non possano andare alle spose oltre due volte senza darli lo anello. Cap. ij.

Item perche molti sposi da poi che per molti tempi sono praticati insieme dopo e detti sponsalitii di futuro cercono di soluersi & liberarsi, essendo molte uolte tra loro per la diuturna pratica insieme interuenute cose occulte che hãno fatto li sponsalitii de futuro diuentare matrimonio. Comãda alli sposi nõ debbino andare alle spose: ne le spose alli sposi oltre a dua uolte:& senza dormirli in casa se prima nõ gli danno l'anello sposandole per uerba de presenti, sotto pena di ducati dieci ogni uolta che cõtrafaranno.

Della publicatiõe se ha a fare nella parrocchia dopo li sponsali di futuro inanzi si dia lanello, & del modo di prouare li impedimẽti si opponerãno. Cap. iij.

Item perche spesso accade che p ignorãtia alcuni si cõgiungono, tra li quali e qualche ppetuo impedimẽto, elquale fa che tal congiuntione sia adulterio o incesto, ordino che dopo li sponsalitii de futuro si uada al prete della parrocchia & si gli dica ch lui publichi allaltare dua di dominici: come. N. figluolo del tale & la. M. figluola della tale hãno cõtracto sponsalitii p uerba de futuro, & intẽdano passare al matrimonio p uerba de presenti, onde p̃gano che se alcuno sapesse impedimẽto di consanguinita o di affinita, o di publica honesta, ò di cognatione spirituale o legale lo uoglino manifestare fra otto giorni. Et se qualchuno mostrassi esserli impedimento, el prete gli admonisca che fra octo giorni cõparischino dinanzi a lordinario suo a dimãdare la dissolutione de detti spõsali, & ilche nõ uolẽdo loro fare, el detto prete sia tenuto a denũtiarli incõtinẽti al p̃fato ordinario passato detto termine sotto pena di ducati x. doro a tutti q̃lli che contrafaranno alla p̃fata constitutione. Comandando anchora a tutti e notarii nõ debbino rogar̃ alcũa datione di anello o spõsali de p̃senti se prima nõ sara fatta la publicatione p̃detta sotto pena di ducati x.

La pena delli contrahenti in grado probibito. Cap. iiij.

¶ Coloro che sciẽtemente cõtraherãno sponsalitii de futuro in grado ꝓhibito o ostante alcuno de predetti impedimẽti sintendano ipso fatto condennati .xxv. da applicarsi per la metà alli Signori octo della balia della citta di Firenze, ꝑ laltra metà alli poueri di Iesu Christo. Et se contraheranno per uerba de ꝑsenti nõ li seguendo copula carnale sintendano cõdennati in ducati .L. da applicarsi come di sopra, & se cõsumeranno el matrimonio sintẽdino cõdennati nella ꝑfata somma, & in oltre priuati della dote se quella che contrahe e maggiore di xxv. anni, & similiter el marito sintẽda priuato dogni cosa hauessi donato alla donna da applicarsi come di sopra. Restãdo pero faculta al iudice di punire tali icestuosi cõ altre pene al iudicio suo cõcesse.

¶ La medesima pena anchora incorrano, quando non sapessino detto impedimento, se contrahendo non hanno seruata la detta constitutione. Salue le altre pene da canoni inflicte a quelli che contrahono e matrimonii clandestini.

Declaratione di tutti li impedimenti de matrimonij per instrutione delli simplici preti. Cap. v.

¶ Et perche la maggior parte almancho de Contadini non sanno quello importino forse questi termini de impedimenti, el prete della parrochia ogni uolta publichera detti sponsalitii sia obligato dichiarargli ad uno per uno. Et che ad cio piu facilmente si possa fare, El sacro sinodo giudicò essere espediente si inserissino in la presente constitutione in lingua similmẽte uolgare ad instruttione de semplici sacerdoti. Delle quali il tenore e questo.

¶ Impedimento di cõsanguinita peruiene da una attinentia di persone ꝑ essere loro generate d'un medesimo sangue. o sia per uia di maschio, o ꝑ uia di femmina. Et quegli sono legati insieme di q̃sto uinculo nõ si possino coniungere in matrimonio fino al quarto grado inclusiuamente.

¶ La cõputatione de quali gradi si fa in q̃sta forma. Piglian

do el stipite cioe qllo huomo:o quella dōna dōde hāno hauto la origine della cōiunctione sua. Successiuamēte numerando quelli da chi e discesо el sposo, & poi quegli da chi e descenduta lasposa, & in quanti gradi sara el piu remoto dal stipite in tanti gradi de consanguinita sarāno tra loro. Verbi gratia.

¶ Francesco generò Antonio & Maria. Di Antonio nacque Iulio, di Iulio nacque Gregorio, di Gregorio nacque Helisabet. Et poi piglia el lato di Maria dicendo. Di Maria nacque Agnete, di Agnete nacque Blaxio, di Blaxio nacque Theodoro. Elquale Theodoro uorrebbe pigliar per donna Helisabet. e si dubita in che grado siano. piglia el stipite cioe Francesco, & numera le persone descendendo p la linea di Antonio p fino ad Helisabeth. tu trouerrai senza el stipite el quale nō si debbe mai cōputare esserci quattro gradi cioe Antonio, Iulio, Gregorio, Helisabeth. Piglia poi la linea di Maria, & similmēte non cōputando el stipite, tu trouerrai quattro gradi cioe Maria, Agnete, Blaxio, Theodoro. Theodoro adūche nō puo pigliare Helisabeth pche sono in quarto grado. ma potrebbe bē pigliare una figluola di helisabeth. pche quella fa el quinto grado con el stipite. Onde e da notare che sempre si attende el grado del piu remoto dal stipite per tanto con la figliuola di Helisabeth potrebbe contrahere Theodoro, Blaxio, & tutti li suoi ascendenti fino al stipite exclusiuamente.

¶ Et nota che si dice exclusiuamēte quanto al stipite, perche questa regola pdicta procede quanto alli collaterali, che doppo el quarto grado si possono coniungere, ma quanto alli ascendenti & descendenti la prohibitione si crede esser perpetua in infinitum, talmēte che come dicono e dottori se hora uiuessi Adam non potrebbe pigliar donna.

¶ Impedimento di affinita nasce quando el maschio & la femina si coniungono insieme carnalmente o sia per uia di matrimonio o per altro modo non lecito, & questo impedimento non nasce tra le persone che si coniungono, ma solo tra li consanguinei delle persone copulate & esi copulati, in modo che se Berta & Antonio hauesino a fare insieme carnalmente niuno cōsanguineo di Antonio per insino al quarto grado potrebbe pigliare Berta per moglie. Et similiter niuna consanguinea di Berta fino al quarto grado potrebbe pigliare Antonio per marito. Tamen

perche

perche questo impedimento come e detto nasce solo tra le persone copulate & li consanguinei delle parte, el fratello di Berta potra pigliar per moglie la sorella di Antonio, & el fratello potra pigliare la sorella della moglie del fratello.

¶ Lo impedimento di publica honesta e uno impedimento canonico elquale nasce quãdo uno ha dato la fede per verba di futuro o de presẽti ad una dõna di pigliarla per moglie. & dipoi nõ segue la consumatione del matrimonio o perche el sposo muore, o perche si refutano, o per ingresso di religiõe, o perche qualche canonico impedimẽto li obstaua, & questo impedimẽto fa che niuno cõsanguineo di Antonio fino al quarto grado nõ puo pigliar p dõna quella che fussi stata sposa di esso Antonio. Anchora che quelli sponsali fussino di niuno ualore & declarati nulli per la auctorita iudiciale. Et cosi ecõuerso Antonio non potra pigliare per donna alcuna consanguinea della sua sposa fino al quarto grado.

¶ Lo impedimẽto di cognatione spirituale e quello prouiene per rispetto del Battesmo, & della Chresma, quando si fanno compari & comare.

¶ Et nasce questo impedimento tra quello e battezato et el leuante, & la donna sua prima carnalmente cognita.

¶ Item tra detto battezato e figliuoli di detto leuãte o sieno legitimi & naturali, o naturali solamẽte & similiter tra padre & madre del battezato & el leuãte, immodo che el battezato nõ potra pigliare per donna niuna figliuola del leuante, ne anche la dõna sua quando morissi. Ne el leuante potra pigliare per donna la battezata ne la madre sua.

¶ Item el padre del baptizato non potra pigliare la donna del leuante.

¶ Et questi medesimi impedimenti nascono con la persona di colui che batteza o cresma respettiuamente.

¶ Per questo si dichiara che tra li figluoli del leuãte, & li fratelli o sorelle del battezato nõ nasce alcuno ĩpedimento.

¶ Cognatione legale e quando alcuno piglia altri per figluoli adottiui, Imperoche el padre non puo contrahere con la figluola adottiua, ne la madre cõ lo figluolo adottiuo, ne anche el figliuolo legitimo & naturale con la sorella adottiua durante la adottione.

Che ne le chiese battismale si tẽga vno libro oue si scriuino li cõpari. Cap. vj.

Et perche per la moltitudine de compari si fanno oggidi, accade spesse uolte nõ si ha notitia di questi impedimenti per esser morti li compari & le comare, ha ordinato el prefato Sinodo, che in tutte le Chiese doue si batteza si habbia a tenere un libro nel quale si scriua li nomi di tutti li battezati, & similiter el nome delli compari & delle comare, & el di che si battezano, cõdennando in ducati cinque doro tutti li Rettori o Capellani che non haranno detti libri doue si batteza.

Li matrimonij violenti esser nulli, & la pena de gli operatori di tali matrimonij. Cap. vij.

Anchora ha dichiarato el prefato Sinodo tutti li matrimonii fatti per forza ò per timore che potessi cadere in huomo o donna constante esser nulli ipso iure & non hauere in alcuno modo a impedire laltro matrimonio fatto con libera uolonta. Se gia dopo el timore non fussino interuenuti segni di ratificatione o approbatione.

Et acciò ch'il matrimonio proceda cõ q̃lla liberta debbe ha condennato tutti quelli indurranno alcuno ad contrahere matrimonio per forza ò per timore, o siano padre o madre, o parenti, o estranei in ducati cinquanta da applicarsi se saranno laici per una quarta alli Signori otto, per laltra quarta allo accusatore, per laltra al Iudice esequente, per el resto alli poueri di Iesu Christo.

Non di manco se si trouassi alcuno hauer uitiata o altrimẽti suergognata alcuna fanciulla & dipoi essere stato sforzato, o da parenti, o da gouernatori di detta fanciulla pigliarla p donna dichiarò el matrimonio douersi pronunciare nullo, quando fussi stata uiolentia espressa, o timore della morte, o debilitatione de membri, o perditione di tutti o della maggior parte delli beni, ma non di manco uolse che li parenti o gouernatori che feciono tal forza, o uiolenza non incorrino in alcuna pena o preiudicio.

Item

¶ Item non uuole possi essere assoluto el detto uiolatore dal detto uinculo del matrimonio se prima non dota la fanciulla uiolata secondo el tenore di unaltra constitutione conciliare; laquale e nel titulo de adulteriis.

La pena di chi stante el primo matrimonio anchora che nullo contrahesse el secondo innanzi alla dichiaratione del iudice. Cap. viij.

¶ Et accio ch͞ sotto p̄testo di uiolentia o timore, ò altro impedimento, colui che ha sposata una nō pigli unaltra indebitamēte & cōmetta adulterio, ordinò el p̄fato sinodo che p̄ fino a tāto ch'il primo matrimonio publicamēte cōtratto nō sia chiarito nullo p̄ il suo iudice ordinario: nessuno delli cōiugati possa cōtrahere altro matrimonio cōdennando in ducati. L. ciascuno che cōtrafacessi, & uolendo sia separato el secondo matrimonio insino a tanto nō sia dichiarato el primo esser nullo, sia che causa uoglia di annullarlo.

El si dichiara ogni promissione di pena per el futuro matrimonio essere nulla. Cap. ix.

¶ Item per maggiormēte ampliare la liberta de detti matrimonii & sponsalitii dichiarò ogni pena apposita nella promissione delli sponsalitii o matrimonio essere nulla & nō hauere alcuna forza o uigore per qualunche iuramento o altra clausula, comandando a tutti li ordinarii che se per uigore di detta promissione accadessi alcuno essere molestato in la curia seculare essi requisiti uoglino & debbino inhibire si che tal pena non habbia effetto. Et il medesimo dichiarò hauer luogo nelle arre promesse o confessate in fraude di detta pena.

El si dichiara essere nulli tutti li statuti de laici restrittiui de matrimonij. Cap. x.

¶ Item dichiarò el pręfato sinodo tucti li statuti de layci che annullassino e matrimonii o aponessino certa pena ad quelli che contrahessino matrimonio sanza consenso di padre o madre o daltre persone esser nulli & non hauere alcuna fermeza o forza, non hauendo el foro seculare alcuna auctorita sopra e matrimonii o dependentia sua.

El si prouede che nõ si possa contrahere con vna fanciulla minore di anni xviij. senza trattato di gouernatori di quella. Cap. xj.

¶ Desiderando el prefato concilio rimediare alla simplicita delle fanciulle non sieno seducte o ingannate, ha ordinato che da qui auanti nessuno possi cõtrahere matrimonio in tutta la prouincia Florentina con alcuna fanciulla minore di anni xviii. sanza tractato & consiglio di q̃lli hanno detta fanciulla in gouerno, altrimenti colui che la sposera contro alla predetta cõstitutione. sia priuato dogni comodita di dota, & altre cose pertinẽte alla fanciulla fino che uiuera lui. Ma dopo la morte del detto marito. Vuole la fanciulla o li figliuoli suoi acquistino tutto quello doueua hauere quando fu sposata, accio che solo el marito senta questa pena. Cosi come solo fu nel peccato. Condemnando non dimanco anchora el detto marito in ducati.xxv. da applicarsi per la meta alli Signori octo di balia della Citta di Firenze, per laltra meta alli poueri di Christo.

Li sponsali de futuro non si poter dissoluere senza la autorita delli ordinarii. Cap. xij.

¶ Item ordino che contracto che saranno li sponsalitii de futuro nessuno ardisca lassare la sua sposa & contrahere con unaltra. Anchora che le parti fussino daccordo se prima non sara adimandata la absolutione di detti sponsali dinanzi allordiniario sotto pena di ducati dieci a chi contrafara.

El tempo che shanno da publicare le presente constitutione. Cap. xiij.

¶ Et accio che le presente ordinatione peruenghino a notitia delli seculari. El prefato Sinodo ha uoluto si publichino in lingua uolgare, & comanda a tutti li Rettori & uice rettori de beneficii che tre uolte lanno ne di solenni inter missarum solennia le legghino & dichiarino al populo. si che ognuno le intenda sotto pena di ducati dua a chi contrafara per ciascuna uolta, & li tempi paiono piu commodi al sinodo sono questi, cioe la Domenica in albis, la prima Domenica d'Agosto, & il giorno della epiphania.

Poena accipientis secundam uxorem uiuente prima. Cap. xiiij.

¶ Item ad compescendam insolentiam eorum qui habentes unam uxorem legitime coniunctam accipiunt aliam. statuit ut siquis deinceps uxoratus uiuente uxore aliam desponsauerit huius rei insciam mitra dehonestatus per ciuitatem ducatur, ponaturq; in carcere quinquennio ad pœnitentiam peragendam. Et si id fecerit sciente ea quæ ita coniungitur. Vterq; simili pœna feriatur uel mulctentur in ducatis centum, prout iudici uidebitur applicandis ad usum paupe℞ ꝓ dimidia, & ꝓ alia dimidia foro sæculari.

Quæ probationes sint necessariæ ad matrimonium probandum. Cap xv.

¶ Ad remouendas difficultates, quæ in cognoscendo efficaces matrimoniorum probationes in curiis ordinariorum quottidie exoriuntur ob in explicitas docto℞ opiniones habita diligenti hinc inde opinionum discussione sancta sinodus eam quæ sequitur distinctionem tenendam esse declarauit & ꝓ uera approbauit.

¶ Quandoq; aliquis agit ad unum matrimonium, & fit alteri matrimonio præiudicium, & tunc aut secundum est cōtractum in faciem ecclesiæ, ita quod de eo non est dubiū, & probatio primi ut secundo ut præmittitur cōtracto prę

iudicet fieri debet p duos testes qui nulla possint exceptio ne repelli, uel per instrumentũ manu publici notarii cõfectũ. Ex quorũ dictis necessario inferatur matrimoniũ per uerba de pręsenti fuisse contractũ. alias autẽ testiũ depositiones de fama de auditu ab aliis, & quascumq; alias enunciationes de dote de coniugio, aut similes præsumptiones nullũ secundo matrimonio præiudiciũ afferre declarauit.

¶ Item nec nocebit probatio quæ de primo matrimonio fieret per testem quantumcunq; integrum & famam, ne nos pro incertis contingeret certa derelinquere.

¶ Si tamen unus testis integer cum fama & tractatu maritali deponeret super primo matrimonio cõtracto in faciem ecclesiæ ista probatio erit sufficiens ad elisionem secundi, ut per omnes comprobatum est.

¶ Quandoq; uero simpliciter agitur ad probandum matrimonium de præsenti sine alterius præiudicio, & tunc matrimonium per duos testes de uisu & præsentia uerbis matrimonium de presenti necessario inferentibus deponentes, uel per propriam partium confessionẽ, uel per instrumentum manu publici notarii confectum idem continẽs legitime probari iudicauit.

¶ Item & si post sponsalia de futuro legitime contracta carnalis copulæ commixtio uel alias probaretur sponsum tenuisse sponsam in lecto & mensa, matrimonium satis concludenter probatum esse iudicauit

¶ Item & si nullis precedentibus sponsalibus probaretur aliquem decennino mulierem domi tenuisse, & eam in omnibus in mensa & lecto, ut uxorem tractasse famaq; uicinię haberet illos matrimonio copulatos fuisse matrimonium concludenter probatum declarauit. Extra istos autẽ casus omnem probationem, que fieret per unum testem & famam, uel per famam solam, aut per quantumcunq; longam cohabitationem (cum causa sit grauis & irreparabilis præiudicii maritali hominem iugo alligare) inutilem ac nullam esse declarauit.

¶ Quandoq; uero agitur de matrimonio probando non ad effectum ligandi aliquem, sed ad probandam legitimitatẽ filiorum uolẽtium succedere mortuo patri, & per omnes conclusum est filii legitimitatem eo ipso probatam esse, quum primum probatum est filium natum esse ex uiro & muliere inuicem cohabitantibus, qui a uicinia uiri & uxo

res

res reputabantur, nisi postea per eos qui se successores prætendunt aliud ostensum fuerit.

De ordine in ordinandis clericis obseruando. Rubrica.

Hic ponitur quomodo cognoscatur de sufficientia clerici ordinandi, & quo modo scribantur a notario. Cap. j.

¶ Proposuit Abbas in Sinodo R.P. de temporis nostri clericorum ignorantia. deque immodestia nihil est, ut in conspectu uestro uerba faciam res plusquam par sit in confesso est. ob cleri ignorantiã & clericalis ordinis maiestatem, & provincialium nostrorum animas periclitari uideo. Quid ita? docti indoctique ad sacerdotium nullo discrimine promouentur. Occurrite si placet prouinciam hanc nostram a tali labe uendicantes. Laudauerunt uniuersi dicentem. & ut sequitur statuerunt.

¶ Statuit igitur sancta sinodus, ut nullus admittatur ad ordines sacros, nisi præsentetur ab aliquo honesto uiro, qui iureiurãdo fidem faciat examinatori præsentatũ nõ habere aliquos defectus occultos quibus arceri possit ab ordinatione si detegerẽtur. Verbi gratia. iuret ipsũ esse bonis moribus præditum, & honestæ conuersationis, liberum, legitimo natum matrimonio, sane mentis, non epilenticum, non symoniacum, non homicidam, non percussorem non rixosum, non bigamum, non abstemium.

¶ Deinde examinator inspiciat si est claudus cæcus, uel alia apparenti deformitate notandus, si habet titulum sufficiẽtem beneficii uel patrimonii.

Et postea examinet eũ de litteris, ut uideat si intelligat saltem grosso modo quid legit, ita ut ex una epistola uel euãgelio sciat elicere sensum literalẽ cognoscẽdo quid importent uerba singillatim materno sermone explicando, & si uult promoueri ad sacerdotium, examinetur sup sacramentis ecclesiæ, super materia cõfessionũ. Et si super pmissis nõ erit saltẽ mediocriter eruditus eũ nullatenus admitti uoluit. Declarãdo examinatorẽ qui nõ (ut præmittitur)

idoneum admiserit ad reddendam rationem de tali re ante tribunal Domini nostri Iesu Christi in die extremi iudicii teneri.

¶ Si autem fuerit repertus idoneus scribatur per tabellionem nomen ordinandi & præsentantis & tituli.

¶ Deinde hora ordinationis uadant examinatores, uel unus ex eis, & præsentent istos ordinandos episcopo uocando unumquemque sigillatim ut moris est, & notarius semper stet præsens ordinationi.

¶ Finita autem ordinatione idem notarius uocet ordinatos eodem ordine, & publicum de omnibus conficiat instrumentum. reponatque in libro episcopalis uel archiepiscopalis curiæ ad usum hunc specialiter deputato. Quem librũ in omnibus ordinariorum curiis publice teneri uoluit.

Poena eius qui præsentat indignum pro digno. Cap. ij.

¶ Et ne contra tam salubre institutum fraus aliqua procurari possit statuit & ordinauit illum qui præsentauerit ordinandum examinatori esse condemnatum in ducatis .x. auri, si postea apparuerit præsentatum laborare aliquo ex defectibus prædictis super quibus ipse iurauit, nisi fuissent ita occulti, ut potuissent probabiliter ignorari ab homine habente notitiam de præsentato, & ipsum ordinatum suspendit ab ordinis sui executione condennauitque ut supra.

Ex se patet. Cap. iij.

¶ Et quia aliquotiens euenit ut non approbati in examine temeritate propria uel dolo notarii ordinationi sese ingerant, ipsos sic ordinatos ab ordinum executione & tabellionem id procurantem a tabellionatus officio suspendit.

Ordinatos extra prouinciam non admitti ad celebrandum nisi examinentur & approbentur. Cap. iiij.

¶ Item quia nonnulli quæsitis coloribus procurant extra prouincia

prouinciam ordinari, uel in prouincia extra tempus ordinationũ generalium, ut debitum examen effugiāt. statuit huiusmodi ordinatos nullatenus ad animarum curam uel alias ad celebrandum admitti, nisi prius fuerint per ordinarium examinati, & reperti ea sufficientia esse præditi, quæ requiritur superius in ipsis clericis ordinandis.

¶ Eosdem autem aliter se animarum curæ aut celebrationi ingerentes, & alios qui eos ad animarum curam deputauerint in ducatis decem condemnauit.

De monialibus & earum monasterijs gubernatoribus & vita. Rubrica.

Accessus ad monasteria omnibus interdicitur exceptis quibusdam. Cap. primum.

¶ Vt sanctimoniales Deo dicatæ honestius securiusq; Iesu Christi sponsi obsequiis intēdere ualeant, quo ab aliorum consortio remotiores erunt, præcepit hæc sancta Sinodus omnibus clericis secularibus & religiosis cuiuscunq; status sint ne accedant ad monasteria monialium sine expressa ordinarii sui licentia sub pœna excomunicationis & florenorum .x. tertia accusatori tertia Iudici exequenti, tertia Christi pauperibus applicādorum. Excipiendo tamen cōfessores, medicos, cappellanos, procuratores, factores, & alias personas ad monasterii seruitia deputatas, quoniā illi accedere possunt temporibus & horis congruis, quando necessitas & utilitas monasterii suaserit.

¶ Cæteros autem laycos uetuit ad prædicta monasteria accedere sine licentia ordinarii, aut gubernatoris monasterii sub pœna quinq; ducatorum, ut supra applicandorum.

¶ Quæ licentia ipsis laycis aut clericis data ita demum eos excusabit, quādo raro & cum causa accesserint. alias eosdem sine causa legitima monasteria frequentantes excomunicari, & in ducatis decem condemnari uoluit.

¶ Mulieres uero ad Crates quandocunq; accedere de gubernatoris licentia non prohibuit dummodo honestæ sint uitæ & conuersationis.

Poena monialis mittentis vel accipientis literas iniussu abbatissæ. Cap. ij.

Itē quod nulla monialis accipiat uel mittat literas. Quin eas præsentet legendas Abbatissæ, & quæ contrafecerit octo diebus in carcere pœnitentiam agat, si autem amatorias aut minus honestas miserint aut accæperint, sex mensibus uinculis arceantur.

Poena mittentium literas amatorias monialibus. Cap. iij

¶ Eo ipso excommunicatos esse, qui amatorias literas, aut minus honestas monialibus miserint, & amplius in ducatis quinquaginta condemnatos uoluit, quarta accusatori, quarta Dominis octo si layci sint, si clerici Iudici exequenti, quarta monasterio ubi monialis degit reliquo Christi pauperibus applicandis. qua etiam mulcta plectantur qui eas per se uel per alium inhoneste allocuti fuerint.

¶ Eos autē qui in talib. literis aut nunciis deferēdis mediatores fuerint siue masculi; siue fœminæ sint, siquidē ignobiles & pauperes mitra dehonestētur si nobiles & diuites eadem pœna itidē applicāda, ut in superiori casu puniātur.

Corruptores monialium puniuntur vt hic. Cap. iiij.

¶ Omnes monialium corruptores excomunicatos infames intestabilesq; esse decreuit. Et amplius si layci sint & nobiles in ducatis mille, tertia mōasterio iniuria affecto, tertia Dominis octo, tertia pauperibus Christi adiiciendis. si uero ignobiles carceri perpetuo condemnatos esse uoluit.

¶ Et si clerici fuerint qui tanta Iesum Christum sponsum iniuria affecerint beneficiis quæcunq; habent eo ipso priuatos, suspensos, infames, ineligibilesq; esse uoluit condemnatosq; carceri perpetuo. Relapsos aūt sæculari curiæ tradendos iudicauit.

¶ Mōialēs aūt ipas sic corruptas ꝑpetuo carceri condēnauit.

¶ Eadē quoq; pœna in omnibus puniri uoluit qui nefando

huic

huic crimini auxilium fauoremq; attulerint.

¶ Corruptorum uero noie intelligi uoluit, non solum qui re ipsa corrũpunt, sed & qui osculati fuerint, aut aliter inhoneste tetigerint, aut eorum pudicitiã q̃litercũq; attẽtauerit. De iis autem qui moniales abducunt uel cum eis contrahunt seruari uoluit constitutionem, quæ habetur in titulo de adulteriis infra.

Quales debeant esse crates monialium. Cap. v.

¶ Item ne ex raritate cratum detur monialibus, aut eas alloquentibus aliqua mali occasio statuit in omnibus parlatoriis monialium esse, aut fieri debere crates duplices palma inuicem distantes, habentes clatros seu fenestellas ita strictas, ut manus quantum uis parua nullo modo intrare possit. Item & sine aliquo sportellino. Vtq; quando alloquuntur masculos semper teneant uelum ante crates, nisi qui alloquitur sit pater, auus, aut consanguineus.

Quales esse debeant rote monialium. Cap. vj.

¶ Item statuit rotas quibus moniales dant & recipiunt quę uolunt extra monasterium esse debere ita paruas & ferris intersecantibus munitas, ut nullo modo mulier q̃uis parua per illam intrare aut exire possit, quas cratum & rotarum restrictiones, ut fieri procurent infra duos menses prę cæpit omnibus Abbatissis, & monasteriorum gubernatoribus sub pœna excomunicationis & decem ducatorum.

Ne celle monialium recipiant lumen a locis publicis aut vicinorum. Cap. vij.

¶ Item præcepit oĩbus Abbatissis, ut procurent ne cælle monialium habeant luminaria uersus uias publicas, aut domos uicinorũ quando aliunde haberi possunt. Si autẽ necesse habeãt ab hmõi locis lumẽ sumere tũc uoluit fenestras intexi ferris crebris, & claudi fenestra uitrea nõ amouibili, & ita eleuata, ut monialis illam ptingere nõ possit. Abbatissas pmissa nõ seruãtes moneri & excõicari uoluit.

Vt in omnibus monasterijs sit carcer. Cap. viij.

Vt quas Dei timor a malo non reuocat temporalis saltem pœnę formido coherceat præcepit omnibus Abbatissis & monasteriorum gubernatoribus, ut procurent in monasteriis suis esse locum carceri destinatum sub pœna excomunicationis & florenorum.x. auri.

Vt legatur sæpius regula monialium. Cap. ix.

Item monuit omnes Abbatissas, Priorissas, & alias monasteriorum curam habentes, ut habeant regulam propriam materno sermone exaratam, faciantq; illam legi omnibus monialibus saltem semel in mense procurentq; ut illa obseruetur cum omni deuotione & puritate cordis. Abbatissas autem Priorissas & ministras, quæ in prediƈtis negligentes esse reperte fuerint officio suo priuari uoluit.

Cuius ætatis eligendæ sint in abbatissas. Cap. x.

Quoniam experientia docuit quantum discrimen incurrat fragilis sexus multitudo, quando earum prælatio datur iuuenibus, quarum nulla est grauitas uel materni nominis similitudo statuit & ordinauit nullam deinceps posse assummi in Abbatissam aut Priorissam monialium alicuius monasterii nisi quadragesimum attigerit annum, eleƈtionemq; aliter faƈtam irritam esse declarauit, nisi aliud suaderet loci necessitas & utilitas maxima ordinariorum arbitrio declaranda.

Ex se patet. Cap. xj.

Abbatissisq; aut Priorissis senio aut morbo impeditis coadiutricem per ordinarium dari uoluit si perpetuæ sint, alias remoueri.

De

De ordinariorum licentia deputentur capellani: medici, confessores, & gubernatores monialium. Cap. xij.

¶ Item statuit nullum cōfessorem, Capellanum, medicum, Gubernatorem, procuratorem, actorem, factorem, sindicum, aut alium ministrum quocunque nomine censeatur in monasteriis monialium dari, aut assumi posse sine expressa ordinariorū suorum licentia. Ordinarios exhortans sub interminatione diuini iudicii, ut diligenter inspiciant cui fragilis sexus curam committant. Accæptātes autem quid quā ex præmissis aut deputantes aliter quàm constitutum sit in ducatis.x.condemnauit.

Nullam mulierem sæcularem siue viduam, siue virginem posse habitare cum monialibus. Cap. xiij.

¶ Quum male conueniat cythara cum psalterio, & uirginei cordis puritatem facile corrumpat sermo qui de nuptiis, de liberis, deque cæteris mundanæ uitæ cum sollicitudinibus, tum delectationibus habetur. Præcepit sancta sinodus omnibus Abbatissis, & priorissis ac aliis monasteriorū prælatis sub pœna excomunicationis, ne deinceps in mōasteriis suis teneant ad secum habitandum aliquā uiduam, aut mulierem coniugatam, aut quamcunque aliam mulierē sæcularem etiam uirginem quando excedit ætatem duodecim annorum, nisi ibi maneant ea intentione ut fiant moniales, & nisi aliqua urgente causa honesta per ordinarios aliter fuerit dispensatum.

Deputandos esse duos singulis annis qui exigāt rationem administrationum a gubernatorib. monialium. Cap. xiiij.

¶ Et quoniam experimēto compertum est pauperes monia les substantiis propriis per administratores suos plerumque defraudari. Iussit omnibus ordinariis, ut duos ex canoni-

cis ecclesiarum cathedralium singulis annis deputent, qui exigant rationes administrationum suarum a negociatoribus & administratoribus bonorum monasteriorum prædictoꝝ assumpto secũ aliquo perito ratiocinatore (si opus fuerit) ipsarum monialium expensis. Non eximens tamen præfatos administratores a redditione rationum quas tenentur exhibere Abbatissæ, aut alteri secundum consuetudinem Monasterii. Et si quisquam monasterium fraudasse repertus fuerit, quadruplum monasterio restituere cogatur, amoueaturq; ab administratione. afficiaturq; aliis ut ordinario uidebitur pœnis iuxta delicti excessus & personæ qualitatem.

Ne in festiuitatibus consecrationum monialium fiant conuiuia in monasterijs. Cap. xv.

Ad occurrendum quoq; nonnullis excessibus, qui in monialium festiuitatibus & uelationibus euenire consueuerunt statuit ut quotiens moniales ab episcopo uel eorum prelato uelari aut cõsecrari cõtigeri expleta uelationis aut consecrationis solemnitate ostia monasterii immediate claudãtur, nullaq; deinde monialis tota illa die exire audeat sub pœna excomunicationis. Episcopus uero cum aliis canonicis & consanguineis quibuscunq; domum reuertantur. Nisi extra septa monasterii esset aliquis locus ubi gubernator monasterii uellet parare ipsis episcopo & clericis seruientibus refectionem, exclusis tamen laycis & sæcularibus homnibus, quorum frequentia in huiusmodi solemniis tumultus crebro excitari solent.

Die consecrationis inhibetur ingressus in monasteria omnibus Cap. xvi.

Præcæpit quoq; sub excomunicationis pœna omnibus tã masculis quã fœminis, ne ea die qua monialis uelatur aut consecratur monasterium intrare audeant. Quoniam etiã mulieres nimio ornatu spectabiles Iesu Christi sponsarum mentes facile corrumpunt & auertunt a sancto religionis instituto.

Nouas

Nouas nuptas in monasterijs nunq̃ admittendas. Cap. xvij.

¶ Et ideo præcæpit omnibus Abbatissis, Priorissis, & quibuscunq; monasteriorum prelatissis sub excomunicationis pœna, ne nouas nuptas admittant, intra septa monasterii, non obstante corruptela huc usq; obseruata.

Pro habendis oblationibus monialis se publico conspectui non præsentet. Cap. xviij.

¶ Pro habendis quoq; oblationibus a consanguineis, aut amicis suis, monialis quæ consecrata est publico se conspectui nullo modo præsentet: sed aliquam aliam personam loco sui ponat: quæ pro ea parentum oblationes fideliter colligat. quam oblationem deinde gubernator monasterii consecratæ nouellæ præsentabit.

A quibus cauendum sit quando ornatur ecclesiæ monialium. Cap. xix.

¶ Ecclesiam autem ipsam ipsis uelationum solemnitatibus munde decẽterq; ornari posse & debere statuit, præcipiendo tamen ipsis clericis aut laycis qui ornandæ ecclesiæ curam suscæperunt, ne ultra triduum in huiusmodi ornandis ecclesiis sese exerceant, idq; interim faciant absq; eo q; monasterii septa intrent, aut moniales ipse in ecclesiam quæ ornabitur exeant, alias clericum aut laycum qui monasterii ipsius claustra intrauerint, aut aliqua moniali in ecclesia existẽte ecclesiam ipsam ornauerint eo ipso excommunicatos, & in ducatis .x. tertia accusatori, tertia Iudici exequenti, tertia Christi pauperibus applicandis condemnatos esse uoluit. Ipsis quoq; monialibus inhibuit ne interim ad crates aut rotam accedant nisi sit abbattissa uel alia officialis quæ rationabili aliqua causa id faciat.

¶ Ornatus autẽ si qui intra monasterioꝝ septa habendi sint per moniales ipsas non per homines fieri posse uoluit.

¶ Quam constitutionem cum pœnis suis etiam in ornatibus qui propter alias festiuitates fiunt locũ habere declarauit.

Ne moniales iuuenes mittantur extra monasterium ad quærendum panez. Cap. xx.

Item statuit ne aliqua conuersa aut monialis cuiuscumq; ordinis minor .xl. annis posſit ire extra ciuitatem ad querendum panem, uinum, & alia monasterio suo necessaria sub pœna excomunicationis. Abbatissas & Priorissas que iuniores ad huiusmodi exercitium miserint officio suo per annum priuari uoluit.

Sine ordinariorum licentia nullaz monialem posse recipi in monasterijs. Cap. xxj.

Item quia licet iure cautum sit in monasteriis non debere poni nisi tot moniales quot ex redditibus uiuere possunt, tamen in plerisq; monasteriis Florentiæ ob aliquorum importunitatem assumuntur tot moniales ut fame eas cõfici contingat redditibus non sufficientibus propter quod coguntur postea pro uictu habendo sæcularium & religiosorum hominum frequentare cõsortia, & amicitias inire periculosas, ex quibus postea nephandi sequuntur euentus, ideo præfata sinodus præcepit omnibus Abbatissis, Priorissis & p̄latis monasterioꝝ ne deinceps aliquam monialem admittere possint sine ordinarioꝝ suoꝝ licentia sub pœna excommunicationis & suspensionis eo ipso per annum ab officio suo.

In vno monasterio non possunt recipi plures q̄z duæ moniales eiusdem sanguinis. Cap. xxij.

Item statuit & ordinauit in uno monasterio nõ posse recipi ultra duas moniales eiusdem sanguinis & cognationis: quoniam experientia comprobatũ est sectas & diuisiones ex cõsanguinearum multitudine in monasteriis plerunq; generari.

De

De emptione & venditione. Rubrica

Vendentes cæram vitiatam medicinas alteratas aut veteres & diminutas, item & habentes iniusta pondera & mensuras excommunicari ac mulctari præcipit. Cap. primum.

¶ Dixit. N. P. R. suadet diuini cultus honor, & pauperum hominum indemnitas, quæ præcipue nobis cordi esse debet, ut uobis quorundam aromatariorũ, pistorum, tabernariorum, & alioꝝ qui esculenta & poculenta uendunt excessus. Aromatarii .n. candelas quibus claro deum igne uenerari solemus ex cæris resina pice: atq; alias multipliciter uitiatis uendunt, ita ut altaria dum accenduntur fœtore ac obscuritate repleantur.

¶ Item & medicinas qñq; uendunt nimis ueteres inutiles & alteratas. Pistores uero tabernarii lanii & cæteri qui pauperum turbas quotidianis uenditionibus pascunt iniusta pondera mensurasq; ęquo minores habent, & si sæcularium iis præsint magistratus excessibus, tamen multi uel quia ignorantur, uel quia dissimulãtur, quottidie pauperes emptores fraudant, uestrum est officium, uestra id exigit pietas execrabiles huiusmodi homines a tanta iniquitate compescere.

¶ Vniuersa Synodus excommunicandos pronunciauit omnes Aromatarios uitiantes cæram ex qua fiunt candelæ pro illuminatione sacramenti, aut scienter ab alio datas uendentes. Item & aromatarios conficientes medicinas ex rebus alteratis uitiatis aut corruptis, aut non ponentes in eis ordinata per medicos secundum bonitatem & mensuram debitam.

¶ Item & omnes pistores lanios, fartores, piscatores, tabernarios, & quoscunq; alios esculenta & poculenta uendentes qui iniusta pondera aut mensuras tenuerint illisq; usi fuerint.

¶ Et amplius in ducatis xx. tertia Dñis octo: si layci sint alias ordinario si clerici tertia Christi pauperibus, tertia accu-

ſatori applicandis mulctari uoluit niſi fuerint per ſæculares magiſtratus alias comdemnati & puniti.

Excõmunicat vendentes venena aut medicinas pro aborſibus procurãdis, & grauiter mulctat. Cap. ij.

¶ Item excõmunicauit omnes aromatarios, aut quoſcumq; alios uendentes uenena ad hominum extinctionem præparata, aut medicinas pro procurandis mulierum aborſibus, eoſq; in ducatis xxv. ſi nõ ſit ſecuta alicuius mors uel aborſus, alias in ducatis centum. tertia Dominis octo, tertia accuſatori, tertia Chriſti pauperibus applicandis condemnauit. Et ſi ſit clericus beneficiis priuatum eſſe, aliiſq; grauioribus ſubiectum pœnis declarauit.

De locato. Rubrica.

Puniuntur clerici locãtes domos hebræis meretricibus aut retinenti baratteriam. Cap. primum.

¶ Clericos & religioſas quaſcunq; perſonas domos ſuas hebræis pro exercenda uſura, aut meretricibus ac mulierib. inhoneſtam ducentibus uitam, aut tenentibus baratteriã locãtes in ducatis quinq; condemnauit, niſi domus eſſent conſtitutæ in loco publico ubi tantũ meretrices inhabitẽt.

De commodato & pignorib. Rubrica

Commodatarius etiam de leuiſſima culpa tenetur pro rebus eccleſiæ amiſſis. Res eccleſiæ ſacras commodatas cogitur commodans ſtatim redimere. Cap. j.

¶ Commodatarium pro rebus eccleſiæ ſacris commodatis amiſſis

amissis etiam de leuissima culpa & casu fortuito teneri uoluit hæc sancta Synodus, ut magis consultum sit ecclesiæ rebus, quibus diuina in ecclesiis honorari ac celebrari consueuerunt. Vix enim fit ut culpa nõ adsit ubi sacrata e Domini templo uasa asportantur. Quin immo ut magis arceantur ecclesiarum rectores a cõmodando aut pignorando tales res statuit sinodus eosdem rectores sic uasa uestes, cruces, & alia sacra ecclesiarum supellectilia commodantes, aut pignorãtes statim cogi posse ad ea redimenda uel per subtractionem fructuum uel excommunicationem, ipsosq; commodatarios aut creditores qui talia pignoris loco accæperint sine ordinariorum licentia posse ad ea restituenda etiam sibi aliter non satisfacto cogi, & ecclesiastici censuris compelli.

Excommunicantur qui pro laruis aut ludicris faciendis ecclesiastica commodant. Cap. ij.

Commodantes uestes sacras aut uasa, aut uestimenta religiosa illis qui laruas astiludia, & ludicrũ quodcumq; aliud exercent, & tales uestes sic commodatas deferentes excommunicari, & in quinq; ducatis condemnari uoluit.

De testamentis. Rubrica.

Precipitur notarijs, vt intra octo dies significent ordinarijs legata ad pias causas facta. Cap. j.

Nostis (inquit. N.) quantum piis defunctorũ uoluntatibus iura faueant, & tamen multa sunt in prouincia & ciuitatibus ad pias causas relicta, quę ob hæredum auaritiã, & notariorum uel negligentiam uel impietatem occulta manẽt, & quasi cũ defuncti cadauere tumulata. Quare. P. V. moneo ut morbo huic eo quo possunt remedio occurrãt: ut defunctorum animæ exonerentur.

Laudauit Synodus dicentem, & monuit omnes notarios & quoscunq; alios defunctorũ uota exscribẽtes, ut de omnibus legatis ad pias causas intra decem dies a die condi-

ti testamenti notitiam dent Reuerendissimo Archiepisco po, aut eius Vicario, uel ordinariis suis si sint de diocæsibus suffraganeorum, ut notentur in libris episcopalis curiæ. & hoc sub pœna excomunicationis, & decem ducatorũ quam pœnam statim incurrere uoluit notarios elapsis illis decem diebus superius assignatis.

Et hoc uerum quo ad legata ponenda in testamentis quæ in futurum fient. Quo autẽ ad legata præterita præcepit sub eisdem pœnis: ut ad ordinariorum notitiam deducant ea quæ credunt aut sciunt adhuc impleta non fuisse infra terminum unius mensis.

Omnia legata esse describenda in libro per notarium. Cap. ij.

¶ Vt autem horum legatorum memoria facilius conseruari possit statuit & ordinauit in qualibet curia episcopali teneri debere librum in quo specialiter ista describãtur per notarium ad id deputatum. Qui notarius describens debeat habere duos solidos pro scriptura & labore suo in reponendo memoriam dicti legati in præfato libro, quos duos solidos soluere teneantur illæ uel illi quibus legata huiusmodi relicta sunt. Scribet.n. nomen notarii testatoris & legatarii diem & annum & testes.

De simonia. Rubrica.

Electiones, præsentationes, institutiones simoniacæ factas irritas declarat promittentesq; aut accipientes pro huiusmodi quicquam grauiter punit. Cap. primum.

¶ Hanc simoniacam labem longe lateq; uagantem tollere cupiens hæc sancta sinodus omnes electiones, præsentationes, institutiones, prouisiones alicuius simoniacæ pactionis interuentu factas sequendo antiquorum canonum instituta irritas ac nullas esse declarauit, condemnauitq; nihilominus

hilominus dantes, promittētes, aut accipientes pecunias: aut quicquam aliud pretio æstimabile pro huiusmodi electionibus, præsentationibus, institutionibus, prouisionibus in ducatis centum auri, quarta ecclesiæ lesæ, quarta accusatori, quarta Christi pauperibus, quarta Iudici exequenti applicandis.

Contra vendentes aut aliter pretio concedentes ius patronatus aut præsentandi. Cap. ij.

Item & omnem iuris patronatus, aut uocis depræsentando, donationem, uenditionem, aut quamcunq; concessionem alicuius pecuniarii commodi interuētu factas irritas esse, ipsosq; sic dantes aut recipientes omni illo iure patronatus ac præsentandi priuatos esse, ecclesiamq; a tali seruitute liberari, & in plena ordinarii sui dispositione remanere declarauit, statuit & ordinauit. Ipsos tamen contrahentes & huiusmodi contractuum mediatores in ducatis x. condemnando. Quorum quartam accusatori, quartam ecclesiæ, quartam iudici exequenti, quartam Christi pauperibus applicari uoluit.

Excōmunicatur qui principum aut potentum minis ac terroribus præsentatur. Cap. iij.

Item clericum qui principum Dominorum temporaliū: aut quorumcunq; potentum minis ac terroribus impulerit patronos ad se præsentandum, cum tamen illi alium præsentare uellent eo ipso excommunicatum esse uoluit inhabilemq; ad huiusmodi assequenda beneficia, talemq; præsentationem, & superinde emanatam cōfirmationem nullius esse roboris aut momenti.

Suspendit ab officijs & beneficijs indignum qui fauore aut muneribus ordinari obtinet. Cap. iiij.

Item eum qui cum idoneus non sit amicorum fauore, aut alicuius muneris interuentu ordinatus fuit perpetuo ab officio beneficiisq; suspensum esse decreuit.

Suspendit episcopum qui pro ordinando aut consecrando quidquam ex pacto receperit. Cap. v.

¶ Episcopum qui pro conferendis ordinibus, benedictionibus, consecrationibus monialium quidquam ex pacto recæperit ab officii sui executione suspensum esse uoluit, aliis pœnis communi iure inflictis in suo robore permanentibus.
Consuetudinem tamen offerendi candelas, panem, uinũ, & quædam alia in ipso ordinationum uel cõsecrationum, actu, utpote laudabilem obseruari uoluit. Sponte quoq; etiam post consecrationem oblata, quo minus accipere posśint nullo prohiberi canone declarauit.

Quid & quando precium petere possint notarij ordinationum acta conscribentes. Cap. vj.

¶ De notariis uero ordinationum acta conscribentibus ita statuit, ut si nullum alias stipendium habuerint pro scriptura ordinationem attestante quando ab eis requiretur posśit congruentem mercedem petere, adempta eisdem notariis omni facultate cogẽdi ordinatos ad talis scripturæ recæptionem. Si autem e publico stipendium accæperint nihil penitus accipere posśint, sed laborem inscribendo suum gratis impendant. Notarium contra præmissa quidquam petentem aut recipientem per annum ab officii sui executione suspensum esse uoluit.

Ne confessores a cõfitentibus aliquid petant. Cap. vij.

¶ Confessoribus quoq; ne ab iis, quorum peccata audiunt quidquam petant sub anathematis interminatione præcepit

pit. Eum nihilominus quem a confitente aliquid petiisse constiterit perpetuo ab huiusmodi officio suspendi, & in ducatis decem uel alia grauiori pœna, ut iudici uidebitur condemnari uoluit. Sponte tamen ex pia deuotione a fidelibus oblata, quo minus recipere possint nullatenus prohibere intendit.

Accipientes aliquid pro cõpatribus admittendis: vel vltra tres cõpatres baptizando admittentes. Vendẽtes sepulturas puniuntur. Cap. viij.

Item ut tolleret pernitiosum abusum nonnullorum clericorum, qui baptizantes pueros tot petunt solidos quot sunt compatres qui puerum de sacro fonte leuant prohibuit talia deinceps fieri. Contrafacientes autem, aut ultra tres compatres admittentes in libris quinq; cõdemnauit. Eadem quoq; pœna feriri uoluit qui sepulturas uendiderint, aut quenquam in ecclesia sepelierint non facta prius ibidem sepultura.

Excomunicat iudices qui muneribus corrupti sententiam ferunt iniquam. Item & illos qui iudicem taliter corruperint. Cap. .x.

Animaduertens insuper quantum homines muneribus corrupti soleant a recto iudicio declinare, ex quo pauperes litigatores profusis diuitum largitionibus oppressi nequeunt coram iudicibus iusticiæ complementum assequi: præcepit omnibus iudicibus ordinariis, delegatis sæcularibus, ecclesiasticis & quibuscumq; magistratibus in tota hac Florentina prouincia iusticiam ministrantibus, ut ab omni munerum recæptione aut promissione a partibus coram eis causam habẽtibus abstinentes iusticiam sine aliqua personarum accæptione faciant, alias omnes iudices & magistratus præfatos munera a partibus coram se litigãtibus, aut ab aliis pro eis recipientes, & ideo a uero iudicii

tramite declinantes eo ipso excõicationis sententia innodatos esse uoluit, a qua nõ possint absolui nisi per ordinarios suos. & erogato prius de consilio absoluentis toto eo quod recæpit, & satisfacto prius parti contra quam muneribus corruptus iniuste & indebite sententiam tulerit.

¶ Intelligendo munera omnem pecuniarum quantitatem omne obsequium pretio æstimabile, & omnia alia etiam esculenta & poculenta, quæ de iure accipi non possunt.

¶ Eadem quoq; sententia innodari uoluit ipsam partem taliter eisdem donantem procuratores, notarios, aduocatos, & quoscunq; alios mediatores procurantes talia munera dari aut offerri.

¶ Et amplius causidicum aduocatum, & quemcunq; alium qui iudicem muneribus corrumpere tentauerit, & iudicẽ talia accipientem in ducatis xxv. condemnauit, tertia accusatori, tertia iudici exequenti, tertia Fabricæ apostolorum Petri & Pauli si clericus sit iudex, si laycus Dominis octo applicandis.

Sportulas pro accessu ad locum pro examinationibus testiuz, aut sententijs dandas cõibus partiuz sumptibus dari debere. Cap. x.

¶ Laudabilem tamen nonnullorum prouinciæ locorũ consuetudinem, ut sportulæ seu salaria dentur uel ꝑ testibus examinandis, uel pro accessu ad locum, uel etiam pro sententia quando causa est delegata, tollere noluit, dummodo seruetur æqualitas, & nõ excedatur modus consuetus. Sportulas igitur aut salaria quæ debentur pro accessu ad locum, uel pro sententiis iudicum delegatorum mandauit communibus partium sumptibus deponi, uel si ab altera tantum parte deponi contingat altera non curante causam expediri, partem quæ habebit sententiam contra se in integris sportulis condemnari sicq; sportularum rationem in expensarum taxatione haberi.

De magistris, deq; hæreticis & christi fidem scandalizantibus. Rubrica.

Recenset

Recēset causas constitutionum, quæ sequuntur narrando multos excessus. Cap. primum.

¶ Dixit uenerabilis Senex inualuit quidam apud hosce triuiales literatores abusus, ut nō aliter se latinæ linguę principiis teneros adolescentum animos formare posse credant, nisi statim lasciua illis Catulli, Martialis epigrāmata enodauerint, aut quæcunq; impudica de amoribus carmina demonstrauerint, quasi desint honesti latinæ linguę auctores, quibus teneram puerorum infantiam imbuant. Sunt quoq; qui uolētes plus sapere uideri quam sapiāt infirmos auditorum suorum animos quibusdā impiis Philosophorum positionib. erudiunt, quę catholicæ palam ueritati repugnant, ut est quando ex mente Philosophi concludere uolunt animā esse mortalē, uel mundū esse æternum & similia. Sed quid de sacrę scripturæ expositoribus dicam? omnes iam sibi licere putant eam ex proprio ingenio interpretari, lancinare, torquere, adq; peregrinos, & a catholica, ut plurimū expositione dissidentes sensus trahere relicto illo comuni sacrorum interpretum sensu, ad nouas hæreses & ficta dogmata uiam sedulo aperiētes. Et ne longe exempla petantur, pręmanibus sunt Francisci Mileti opera. qui cum laycus sit & quidem ideota (ut uidistis omnes) ausus est ingētes scripturę thesauros euertere, atq; omnem catholicorum expositorum sensum conturbare nouas sibi & inauditas ex scriptura conclusiones formando. Quare .P. V. per Iesu Christi uiscera oro, ut iis quę dixi omnibus ea qua potestis ordinatione consulatis. Tum læto uerba dicentis animo excæpit conuentus, & ut sequitur statuit.

Prohibet legi in scholis puerorum opa lasciua, & poemata Lucretij. Cap. ij.

¶ Vt nullus de cætero ludi magister audeat in scholis suis exponere adolescentibus poemata, aut quęcumq; alia opera lasciua & impia, quale est Lucretii poema ubi animæ mortalitatem totis uiribus ostendere nititur, contrafacientes

excomunicari, & in ducatis decem carceribus ſtinchatum applicandis condemnari

Vetat philoſophos & quoſcunq; alios legendo etiam diſputatiue aſſerere concluſionem chatolico dogmati contrariam. Cap. iij.

Item & omnibus theologis philoſophiam publice aut priuatim legentibus præcepit, ut nunquam legendo aſtruāt aliquam cōcluſionem quantumuis philoſophicam & philoſophice tractatam, quę directe uel indirecte contra fidei atticulos ueniat, quin & catholicam ſimul ueritatem exponant & eam ſi poſſunt defendant. uel quibus poſſunt rationibus colorent. Et ſi quando inciderint in illam de immortalitate animæ & de mundi æternitate qōnem, ſemp cū catholica ueritate concludant animam eſſe immortalē mundum fuiſſe factum & c. Et contraria omnia ſiquidem ſolubilia ſunt argumenta ſoluant, alias autem omnes talia in ſcholis concludentes, aut etiam extra firmare contendentes, ueluti falſi dogmatis & pernitioſe hæreſis diſſeminatores uitandos, & ut hæreticos puniendos eſſe declarauit, ſuper iis accæptando & publicari in tota prouincia mādando extrauagantem ſanctiſsimi. D. N. Leonis pape. X. in Lateranenſi concilio nuper editam. Quæ incipit Apoſtolici regiminis ſollicitudo cuius tenorem hic inſeri mandauit qui talis eſt.

Leo Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Animam eſſe immortalem & per ſe ac eſſentialiter humani corporis formam & p corporū quib⁹ infundit multitudine ſingulariter multiplicabilē. Cap. iiij.

Apoſtolici regiminis ſollicitudo nos aſsidue pulſat. & infra.

Cum itaq; diebus noſtris (quod dolenter referimus) zizaniæ

niæ seminator, antiquus humani generis hostis nonnullos pernitiosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro domini superseminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quod uidelicet mortalis sit, aut unica in cũctis hominibus. Et nõnulli temere philosophãtes secundũ saltem philosophiam uerũ esse asseuerãt. Contra huiusmodi pestem oportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante cõcilio damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, aut hoc indubium uertentes cum illa non solum uere per se & essentialiter humani corporis forma existat; sicut in canone fœlicis recordationis Clementis papæ quinti prędecessoris nostri in generali Vienneñ. concilio ędito continetur uerum & immortalis & pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata multiplicanda sit, quod manifeste constat. Ex euangelio cum dominus ait, animam autẽ occidere nõ possunt. Et alibi. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Et cum æterna præmia & æterna supplicia pro merito uitæ iudicandis repromittit alias incarnatio, & alia Christi misteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumq; uerum uero minime cõtradicat omnem assertionem ueritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse diffinimus, & ut aliter dogmatizare nõ liceat districtius inhibemus. Omnesq; huiusmodi erroris assertionibus inhærentes ueluti damnatissimas hæreses seminantes p omnia ut detestabiles & abominabiles Hæreticos & infideles, Catholicam fidem labefactantes uitandos & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis philosophis in uniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus districte præcipiendo mãdamus, ut cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur Auditorib. suis legerint seu explicauerint, Quale hoc de animæ mortalitate aut unitate intellectus & mundi æternitate, ac alia huiusmodi teneantur eisdem ueritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere & persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta cum oĩa solubilia existant pro uiribus excludere atq; resoluere.

In sacris constituti ultra quinquenniu philosophiæ aut poesi vacare non possunt, sed tenentur theologiæ aut pontificij iuris studijs incumbere. Cap. v.

¶ Et cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere nisi & ne iterum pullulent funditus euellere, ac eorum semina originalesq; causas, unde facile oriuntur remouere. Cum præcipue humanæ philosophiæ studia diuturniora. Quam deus secundum uerbum Apostoli euacuauit & stultam fecit absq; diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelatæ ueritatis lumine in errorem quandoq; magis inducunt, q̃ in ueritatis elucidationem. Ad tollendum omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari cõstitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cætero in sacris ordinibus constitutus sæcularis uel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus in studiis generalibus, uel alibi publice audiendo philosophiæ, aut poesis studiis ultra quinquennium post grammaticam & dialecticam sine aliquo studio theologiæ, aut iuris pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si etiam illis studiis insudare uoluerit, liberũ sit ei, dum tamen simul aut seorsum theologiæ, aut sacris canonib. operam nauauerit, ut in iis sanctis & utilib. professionib. sacerdotes domini inueniant, unde infectas philosophiæ aut poesis radices purgare & sanare ualeant. Et hos canones per ordinarios locorũ ubi generalia studia uigent, & rectores uniuersitatũ eorundem studiorũ singulis annis in principio studii in uirtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus.

Scripturam sacram non esse aliter interpretandam q̃ sacri doctores interpretati sint, & damnat nouarum opinionum assertores. Cap. vj.

¶ Item & ordinauit nullum posse ulterius scripturam sanctam scribendo aut prædicando aliter exponere aut interpretari

praetari quam sancti ecclesiae doctores hucusq; interpretati sunt.

¶ Immo omnes interpretes predicatores, & quoscunq; alios nouas sibi opiniones & comuni sanctorum doctrinae aduersas fingentes, etiam si speciali scripturarum testimonio utatur suspectos de haeresi iudicari uoluit, & si in ea perstiterint ut haereticos puniri, nisi positio sua ab apostolica sede comprobetur. Qui.n.aliter sentire aut docere praesumit, quam sentiat aut doceat utilis ecclesia & si angelus esset nullatenus audiri debet. Hac.n.uia diabolus omnes haereses disseminauit.

Praedicatores non esse ad praedicandum admittendos nisi quae hic dicuntur obseruent. Cap. vij.

¶ Item quoniam scriptum est quomodo praedicabunt nisi mittantur, statuit sancta synodus nullum posse predicare uerbum Dei populis adunatis publice aut priuatim in tota prouincia Florentina. nisi habeat literas patentes de eius uita & doctrina fidem facientes a suis ordinariis aut prelatis si sint religiosi uel nisi fuerint specialiter per sedē apostolicam, aut ordinarios locorū ubi praedicare uolunt approbati. quandoq; .n. experimento compertum est, ut dum passim omnes ad diuini uerbi seminationē admittuntur, multi in Dei populo errores promulgentur.

¶ Ecclesiarum tamen rectores semel ad hoc munus electos & approbatos presenti constitutione nullatenus comprehendi uoluit. Priores autem Rectores ecclesiarum Plebanos, Abbates & quoscumq; ecclesiarum administratores qui contra praemissa quemq; in ecclesia sua predicare passi fuerint in duca.x. condennauit.

Contra affirmantes ea quae pro peccatis mortalibus recepta sunt non esse peccata. Cap. viij.

¶ Item omnes publice afferentes usuram, adulterium, aut quaepiam alia uitia, quae Ro. Eccle. iudicat esse peccata mortalia non esse mortalia haereticorum numero aggregari iudicauit, & contra eos ut contra heraeticos procedi.

Copia sententiæ synodalis qua Francisci Mileti opera damnata sunt. Cap. ix.

Quamuis Florentina Sinodus in spiritu sancto cōgregata omne uaticiniū, quo appostolicæ Ecclesię & Christianæ si dei quam omnino sperat & optat amplificatio ꝓmittitur pio quodā ardore accæptet libenter & audiat, sperando ēt omnipotētē deū, si quādo eā cōtingeret a malis hominib. uel regendo uel infestando molestari celeri remedio occursurū, ita ut nullo turbinis aut uentorū agitatu fluctib. unq̄ cessura sit Petri nauicula. Opera tamen quędā Francisci Mileti Cōiunii & Quadriuii, & expositionis psalmorum titulis prenotata, q̄ plerosq; sub huius promissę amplificationis pietate in errorē atq; hęreses & scismata facile inducere possēt uelut uenenosa impia, & in plerisq; cōclusionibus catholicę ueritati inimica erronea temeraria presūptuosa cōdennauit & suspecta reddidit, ne dū illa sed & omnia sua alia opera impressa & nō impressa, donec fuerint per sedē appostolicam approbata mandauitq; omnib. in tota Florentina ꝓuincia commorantibus, ut quæcunq; & quotcunq; qualicumq; ex pręd ictis operibus habent deferant, uel ad Vicariū Reuerendissimi Archiepiscopi Florentini uel ad præsidentem Capituli ecclesiæ Florentinæ uel ad R. hæreticæ prauitatis inquisitorem infra octo dierum spatium. Sub pœna excomunicationis & florenorum .x. auri, ut flāmis demandentur, sicut cremari digna sunt, & ita ea cremanda pronunciauit.

Cōtra eos qui Mileti doctrinam prædicant. Cap. x.

Item quia audiuit nōnullos temerarios concionatores ausos nouam hanc erroneam & præsumptuosam doctrinam in pulpitis prædicare præcepit omnibus prædicatoribus sub pœna excomunicationis quam statim incurrāt, & priuationis officii prædicandi perpetuo, ne similem doctrinam amplius prædicare aut explanare audeant pronunciando ex nunc suspectos de hæresi & ut male sentientes

de

de Christiana religione quicumque librorum illorū doctrinam prædicare, aut alias, ut uerā defendere ausi fuerint.

Ipsum autem Franciscū cōdemnauit ad cōponendū libellū recantationis errorum suorum, in quo petat ueniā de temeritate & præsumptione sua, & postea singillatim oēs errores suos abiuret, & hoc infra duos menses pxime futuros.

Contra impressores librorum. Rubrica.

Imprimentes vel imprimi facientes librum aut scripturam sine licentia Vicarij in vrbe: ordinariorum in alijs ciuitatib. grauiter puniunt & inserit cōstitutio Lateraneñ Cōcilij. Cap. j.

Itē ut tollatur in futurum omnis occasio disseminandi errores & falsas hominū interptationes promulgauit, & in tota Florentina puincia obseruari mandauit extrauag. S.D. N. Leonis Papæ. X. in cōcilio Lateraneñ. nuper editam: quæ incipit. Inter sollicitudines. cuius tenor est:

Constitutio.

Inter sollicitudines nostri humeris & infra.

Quia tamen multorum querela nostrum & sedis apostolicæ pulsauit auditū quod nonnulli huius artis imprimendi magistri in diuersis mundi partibus libros tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldeæ linguarum in latinū translatos, quam alios latino ac uulgari sermone editos, errores etiā in fide ac pernitiosa dogmata etiā religioni Christianæ cōtraria, ac cōtra famā psonarum etiā dignitate fulgentiū continentes imprimere, ac publice uendere psumunt, ex quorum lectura non solū legētes nō edificantur, sed in maximos potius tā in fide quam in uita & moribus prolabuntur errores. Vnde uaria sæpe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt & maiora indies exoriri formidantur.

Nos itaque ne id quod ad dei gloriam & fidei argumētum, ac bonarum artiū ppagationem salubriter est inuentū in contrariū cōuertatur, ac Christi fideliū saluti detrimentū

pariat super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cætero cum bonis seminibus spinę coalescant, uel medicinis uenena intermisceantur. Volentes igitur de oportuno super iis remedio prouidere, hoc sacro approbante concilio, ut negocium impressionis librorum huiusmodi comprosperetur fœlicius quo deinceps indago solertior, & diligētius & cautius adhibeatur.

¶ Statuimus & ordinamus ꝙ de cætero ꝑpetuis futuris temporibus nullus librū aliquem, seu aliam quamcumqꝫ scripturam tam in urbe nostra quā aliis quibusuis ciuitatibus & Diocæs. imprimere seu imprimi facere præsumat, nisi prius in urbe ꝑ Vicarium nostrū & sacri palatii magistrū. In aliis uero ciuitatibus & Diocæsibus per episcopum uel alium habentem peritiam scientiæ libri seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodem episcopo ad id deputandum, ac inquisitorē hereticæ prauitatis ciuitatis siue Diocæs. in quibus librorum impresio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem sub excomunicationis sententia gratis & sine dilatione imponendam approbentur.

¶ Qui autem secus præsumpserit ultra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem ac centum ducat. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de urbe sine spe remisionis solutionem ac anni continui exercitii impresionis suspensionem excomunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingrauescente contumacia taliter per episcopum suum uel Vicarium nostrum respectiue per omnia iuris remedia castigetur, quo alii eius exemplo similia minime attemptare presumant.

De raptoribus. Rubrica.

Renouātur constitutiones Archiepiscopi Cosmi cōtra occupātes bona archiepiscopatus & quarumcunqꝫ ecclesiarum. Cap. primum.

¶ Contra occupantes bona Archiepiscopatus, & quarumcumque ecclesiarum posesiones & bona accæptauit. Et in

In tota Florentina prouincia obseruari uoluit duas constitutiones Reuerendissimi Cosmi Archiepiscopi Florentini positas in titulo de raptoribus.

Excomunicat inuadentes vel ratam habentes inuasionem ecclesiarum vacantiu3 eosq3 inhabilitat ad omnem prouisionem de ecclesiis sic inuasis sibi faciendam aliisq3 afficit poenis. Cap. ij.

Item ad reprimēdam insolentiam nōnullorum laycorum qui diuina humanaq3 ausu confundentes temerario cum uident ecclesiæ rectorem mortuum aut morti uicinum ecclesias inuadunt, spoliant, & positis ibi armatis prohibent ne ille cui de iure ecclesia competit posit uacantis ecclesiæ possessionem apprehendere, consumunt deinde quascumq3 ibi substantias reperiunt omnia prophanantes.

Declarauit, pnunciauit & statuit præfata Synodus omnes laycos & clericos cuiuscunq3 status ac conditionis sint siue nobiles ac illustres seu plebæi eo ipso excomunicatiōis sententiam incurrere quotiens ausi fuerint alicuius uacantis ecclesiæ, uel quæ de proximo uacare speratur per se uel p alium possessionem apprehendere, aut eius bona qūolibet inuadere sine literis sanctissimi Domini nostri Papæ, aut ordinariorum quas literas pręsentare teneantur quando beneficii possessionem accipiunt.

Item & amplius eosdem sic inuadētes uel talē inuasionem uerbo aut facto ratam habentes omni iure, quod super huiusmodi inuaso beneficio haberent priuatos esse, & omnē postea electiōnem aut præsentationem, aut quamcunq3 prouisionem de talibus sic inuadentibus, aut inuasionem ratam habentibus factas nullius momenti, aut ualoris esse declarauit pronunciauit & statuit, omnes quoq3 taliter inuadentes, aut inuasioni cōsilium, auxiliū, ac fauorem præstantes in ducatis centum condemnauit applicandis si layci sint dimidia Dominis octo, si uero clerici ordinariorum fisco, dimidia Christi pauperibus. Ea autem quæ de

bonis ecclesiæ consumpta aut ablata reperientur in duplo restituenda esse decreuit.

De vsuris. Rubrica.

Vsurarios cogi ad librorum suorum editionem nisi impossibilitas excuset. Cap. j.

¶ In materia usurariȩ prauitatis ter disputatum est, & multȩ fuerunt per sacrȩ Teologiæ & canonum magistros discussæ, & subtiliter uentilatȩ qõnes. Ex quibus firmatæ & in statutum redactæ sunt conclusiones quæ sequuntur.

¶ In primis nanq; statuendo decreuit conuicto de usuris uel de contractibus emptionis & uenditionis, qui ex eo quod propter temporis dilationem carius uẽdatur usurarii nuncupantur, item eum quem notorium est usurarios inire cõtractus, semper quando contra eum super huiusmodi causis agitur teneri ad librorum suorum editionem, quos si exhibere pertinaciter recusauerit ꝓ cõuicto haberi uoluit: nisi eum excusaret imposibilitas edendi. Quam imposibilitatem probari uoluit aliter q̃ per propriũ iuramentũ.

Vsurarius qui malitiose effecit, ne libri sui possent edi habetur pro conuicto. Cap. ij.

¶ Immo statuit ꝙ si usurarius deuenit ad hanc edendi imposibilitatem malitia propria, ut quia scribebat in cædulis, & postea lacerabat eas, uel quia lacerauit libros suos, stari debere iuramẽto repetentis usuras sup solutiõe illaꝝ.

Vsurarius quando cogatur edere libros. Cap. iij.

¶ Sed quia multi calumniosæ agunt contra aliquem de usuris, ut cogant eum ad librorum suorum editionem, statuit in causa usuraria nullum posse cogi edere libros suos nisi prius iudici saltem summarie constet, eum qui de usuris impetitur usurarium esse, uel habere aliquam ingentem usurarum præsumptionem contra se.

Libris

Libris vsurariorum fides non adhibetur, nisi in eorum præiudiciũ. Cap. iiij.

Libris autem eorum qui de usuris conuicti sunt nullam in ipsorum fauorem usurariorum fidem adhibendam esse declarauit, etiam si sint mercatores & habeant libros mercatorum more regulatos & ordinatos. Quam enim fidem habere possunt scripta eius quem constat nullis conscientiæ stimulis detineri.

Exceptio c. quia frustra quãdo opponi, & quãto tpe probari debeat. Cap. v.

De exceptione autem c. quia frustra, quæ crebrius in iudiciis contra repetentes usuras opponitur ita declarando statuit eam posse opponi in quocunque iudicio tam ordinariorum quam delegatorum, & debere opponi ante litem cõtestatam, nisi post litem contestatam nouiter peruenisset ad ipsius rei notitiam. Quam quidem exceptionem probari debere infra decem dies utiles postquam admissa fuerit statuit, quo termino elapso talis exceptio nullum præstet impedimentum negocio principali.

Probata exceptionẽ c. quia frustra nõ absoluit reus, sed iudex ex officio procedit & mandat deponi, vt hic. Cap. vj.

Post probationem autem talis exceptionis, licet actorem excludendum esse declarauerit donec legitime satisfecerit, tamen ipsum reum non statim absolui uoluit, sed contra eum procedi debere ex officio iudicis statuit donec cõuincatur. Huncque conuictum cogi deponere apud camerarium curiæ episcopalis, quod per usurariam prauitatem extorsit. Deinde actorem expectari per tres menses, ut si interim restituat quas ipse ab aliis usuras extorsit depositum recipiat, alias eo qui præmittitur termino elapso uoluit usuras depositas esse in pauperum usus erogandas, adempta omni facultate actori eas ulterius repetendi.

Singulares testes & illi cum quibus vsuræ celebratæ sunt, mulieres & proxenetæ admittunt ad probandum vsurariam prauitatem. Cap. vij.

¶ Ad conuincendas quoque usurariorum malitias, qui tot palliis prauitatem suam inuoluunt, ut uix firma unquam super iis probatio haberi posit statuit ad probandum consuetudinem alicuius de celebrandis contractibus usurariis admitti posse testes singulares etiam eos a quibus usuras extorsisse, aut cum quibus usurarios contractus iniisse constiterit, dummodo renuncient commodo quod sibi exinde prouenire poset. Item & prosenetas & mulieres ac omnes testes qui a probando simoniacam labem non reiicerentur.

Probatio per vnum testem cum iuramento partis conuincit solitum foenerari. Cap. viij.

¶ Item & ad probandum aliquem recæpisse usuras ex mutuo iam soluto declarauit sufficere unum testem si sit legitime probatum illum esse consuetum mutuare pecunias suas sub usuris accedente iuramento ipsius partis.

Quando contractus iudicetur vsurarius ex modicitate præcij cum pacto de retro vendendo. Cap. ix.

¶ Item & cum longe lateque disputaretur illa quæstio. An modicitas precii cum pacto de retro uendendo faciat contractum dici usurarium, inter uarias doctorum hinc inde adductas opiniones hanc sibi interpretationem assumpsit, & secundum illam statuit, ut si simus in eo qui solitus est fœnerari, & emerit rem cum tali pacto de retro uendendo, si minoritas precii est ultra quartam, ita ut si res ualebat quadringentis sit empta minoris trecentis contractus præsumatur in fraudem usurarum confectus. Sed in eo

qui

qui non est solitus fœnerari tunc uoluit contractum præsumi simulatum cum minoritas precii est ultra tertiam iusti precii, ut si fundus qui ualebat trecentis ueditus est minoris ducentis, i. pro centum & nonaginta apposito illo pacto de retrouendendo. Quem tamen ualorem attendendum esse secundum tempus initi contractus, & secundum mediocritatem inter excessum & defectũ uoluit. Ecce sextariolum terræ in eodem fundo ab aliquib. uẽditur octo ab aliquibus .xii. minoritatem & defectũ in precio, non a xii. nec rursus ab octo, sed a decẽ cõputari debere statuit.

Emens prædium, & statim locans cum pacto, ut post certum tempus redimatur pro eodem maiori ue precio est usurarius. Cap. x.

¶ De istis autem qui emunt fundum pro certo precio, & illum statim uenditori locant hac adiecta conditione, ut post certum tempus uenditor illum pro eodem, maiori ue precio redimere teneatur ita declarauit, ut huiusmodi emptores usurarii iudicentur, cum ex contractus tenore appareat ipsos uoluisse interim uel excessum precii uel pensionem, de qua conuentum fuit, lucrari.

Qui pro pecunijs depositis quidquã exigunt usurarij sunt. Cap. xj.

¶ Item & pernitiosam quamdam nõnullorum piorum locorum corruptelam abolere uolens, quorum administratores uiduarum, pupillorum, & aliorum quorumcumq; hominum deposita accipiunt ad numerum, & ipsis deponentib. ad rationem quinq; aut sex pro cẽtenario respondent. quo pleriq; exemplo ducti quasi licitũ sit quod ab ecclesia toleratur & sic pecunias suas pro tali emolumento annuatim consequendo apud eadem loca deponunt. Declarauit omnia deposita talibus intentione & pacto facta esse usuraria & in pernitiem animarum a diabolo inuenta: & ideo præcepit omnibus Rectoribus. Abbatibus, Hospitalariis, & aliis quibuscumq; locorum piorum rectoribus,

gubernatoribus quocumq; nomine censeantur, sub officii beneficii administrationumq; suarum priuationis pœna, ne similes deinceps contractus ineant, depositaq; talibus aut pactis aut intẽtionibus recipiant. Declarauitq; omnes tam masculos q̃ fœminas pro talibus depositis ultra sortem aliquid recipientes usurarios esse, & eosdem in utroq; foro ad usurarum sic acceptarum restitutionem teneri.

¶ Verumtamen si contingeret campsorem aut quemcumq; alium depositarium ex pecuniis penes se depositis uel prędia emere, uel alias negociari, & libere ac sponte lucri partem, ei qui deposuit donaret. id recte tuteq; accipi posse declarauit, dũmodo aliam fuisse deponẽtis causam cõstet.

Valet statutum quod dentur quinq; pro centenario positis in teuutam bonoꝝ, nisi fiat in fraudem usuraꝝ. Quomodo autem dicatur fraus fieri hic describitur. Cap. xij.

¶ Disputarunt & aliam questionem, an illa quinq; pro cẽtenario quę dantur a statuto Florentino missis in tenutã bonorum creditoris licite caperẽtur a creditore absq; aliquo usurarię labis uitio, interprętata est sinodus tale statutum ualere, & lucrũ quod ex tenuta hmõi percipitur in utroq; foro licitũ, explosa quorũdam superstigiosorũ opinione.

¶ Quod utiq; obtinere iudicauit, quando in usurarum fraudem nihil fieret. Alias si de fraude signis aut cõiecturis cõstare posset declarauit nullo suffragante statuti aut cõsuetudinis rigore, eum qui talia lucra accępit teneri in utroq; foro ad efficacem restitutionem perinde ac si nullum fuisset statutum.

¶ Fraus autem fiet si statim, idest ante finem unius mensis postquam debitor factus est debitor creditor debitore nõ contradicente huiusmodi tenutam adeptus est. Vel si apparuerit pecuniam qua quis debitorẽ se confessus est post adeptam tenutam fuisse numeratam.

¶ Item & si cã propter quas quis talem tenutam adeptus fuerit tempore adeptę possessionis erat iniusta, tenutariũ ad percæpti lucri restitutionem cogendum esse uoluit.

Quare non fuerunt omnia disputata decisa. Cap. xiij.

¶ Multa quoq; alia in usurarum materia dubia proposita & disputata sunt, sed propter uarias magistrorum opiniones indecisa remansere.

De adulterijs & stupris. Rubrica.

Poena abducentis, aut cognoscentis meretricem alteri matrimonio copulatam. Cap. primum.

¶ Et si iura etiam pontificia eius reatum nulla censura feriant, qui publicæ meretricis amplexibus inquinatur, uolens tamen hæc sancta Synodus matrimoniorum securitati consulere condẽnauit in ducatis quinq; auri pauperib. dimidia, accusatori pro reliquo applicandis quicumq; cognouerit meretricem extra lupanar, quam alteri matrimonio copulatam esse nouerit. Illum autem qui talem mulierem abduxerit, aut eam in lupanari uel extra turpis quæstus gratia tenuerit in ducatis centum, dimidia Dominis Octo, quarta accusatori, reliqua Christi pauperibus applicandis condemnauit, uoluitq; nihilominus ipsum scelerati huius lucri aucupatorem si non destiterit excomunicari. Mulieri autem quæ talia uolens patitur mitrę dehonestationem, & perpetuum carceris exilium si iudici uisum fuerit indici uoluit.

Poena eorum qui alienas uxores penes se retineut. Cap. ij.

¶ De iis autem qui alienas uxores penes se retinẽt adulterii culpam sub ancillaris seruitii nomine prætexentes ita statuit, ut si talis sit de qua merito sit adulterii suspitio, onerataq; sit super hoc retinentis fama eo ipso in ducatis centum, dimidia Dominis Octo, quarta Christi pauperibus, quarta accusatori partibus applicandis, nõ suspectas autẽ tenere dũmodo mariti accedat assensus non prohibuit.

Grauiter plectuntur qui consanguineam, aut monialem etiam meretricem cognoscunt grauius qui monialem abducunt, aut in matrimonium accipiunt. Cap. iij.

Idem statuit de cognoscentibus meretricem consanguineam uel monialem eius tamen pœnam ob sceleris immanitaté augendo qui huiusmodi moniales abduxerit tenuerit ue, eum excomunicatum intestabilemq; esse uoluit. priuatumq; omni feudo ac beneficio ecclesiastico, tradendumq; sæculari curiæ, ut legitimam tanti sceleris uindictam ultoribus flammis experiatur.

Eum quoq; qui monialem sibi matrimonio copulauerit, aut pro concubina tenuerit eisdē pœnis subiacere uoluit.

De tenentibus moniales in domo: aut eas simpliciter cognoscentibus. Cap. iiij.

Qui uero monialem professam licet non suspectam absq; ordinariorum licentia in domo tenuerit in ducatis. xxv. monasterio in quo professa erat applicādis condemnauit. De cognoscentibus autem simpliciter moniales seruari uoluit, quod habetur in titulo de Monialibus.

Poena cognoscentium consanguineā, aut pupillam. Cap. v.

Sacrilegam & abominandam libidinem eorum qui naturæ fœdera rumpentes cum propriis matribus aut filiabus commisceri non uerentur compescere uolens hæc sancta sinodus statuit, ut siquidem clericus fuerit qui cum matre, aut filia rem carnaliter habuerit beneficiis eo ipso priuatus degradetur perpetuoq; in carceribus detrudatur ad pœnitentiam peragendam. Si autem laycus sit, aut sæcularis. Iudex illum iuxta legitimos tramites puniuit, aut punire

nire paratus eſt ei relinquatur. alias per eccleſiaſticum Iudicẽ mulctetur & perpetuis uinculis coherceatur. Parem quoq; pœnam eſſe uoluit filię quæ commiſcebitur patri, & matri quę commiſcebitur filio, & ſocrui quæ cõmiſcebitur genero. Simili quoq; pœna feriri uoluit patres & matres qui proprias filias publice proſtituunt.

¶ Fratrem qui ſorore carnaliter abuſus fuerit, aut uxore fratris ſui in ducatis centum pro tertia delatori, pro reliquo christi pauperibus applicandis ſi diues ſit mulctari uoluit. alias fuſtigari uel alia corporali pœna affici.

¶ Simili pœna feriri uoluit tutorem qui pupillam ſtuprauerit, ampliuſq; cogi ad eam dotandam.

Vitians virginẽ vel dotet vel in vxorem accipiat. Cap. vj.

¶ Quinimmo generaliter ſtatuit, ut quicunq; uirginem ſtuprauerit cogatur uel accipere eam in uxorẽ, uel dotare dote conuenienti & ampliori quam expoſceretur ſi nõ eſſet ſtuprata. Quia ſtuprata difficilius maritũ reperire poteſt. hoc Iudicis arbitrio declarari uoluit.

Acriter inſurgit contra ſodomitas & eos qui pueros proſtituũt. Cap. vij.

¶ Crimen illud nephandum propter quod uenit ira Dei in filios diffidentiæ a Christi fidelibus auertere intendens, hæc ſancta Synodus clericos huiuſmodi infando crimine conuictos puniri uoluit, ut in titulo de uita & honeſtate clericoꝝ. in iſto uolumine. Laycos autem in fames inteſtabileſq; eſſe declarauit; ampliuſq; in ducatis quingentis ꝑ dimidia Dominis Octo, pro ſexta accuſatori, pro reliquo Christi pauperibus applicandis. niſi alias meritis per ſæcculare poteſtatem fuiſſent affecti ſupplicijs. Idemq; in omnibus obſeruari uoluit contra eos qui pueros lucri uel alterius commodi cauſa proſtituerint ſeu lenonis officium in eis corrumpendis exercuerint.

Contra parentes qui filias proprias proſtituunt. Cap. viij.

F

Sceleratum quoq; parentum & quorundam aucupium qui proprias filias lucri gratia prostituunt ita puniri uoluit.ut a tali scelere compescatur. Condemnauit igitur eos in ducatis uigintiquinq;,& si per annum in huiusmodi turpitudine publice perseuerauerint fustigari aut acriori ut Iudici uidebitur pœna plecti uoluit ob sæcularis iudicis negligentiam.

Reliquas constitutiones ad titulum pertinentes require in titulo de uita & ho.cle.& in ti.de monialibus.

De foro competenti deq; appellationibus. Rubrica.

Causas in prima instantia ventilandas coram ordinarijs & remouet appellationem ab interlocutorijs. Cap. j.

Quoniam ecclesiasticus ordo confunditur si sua cuiq; iurisdictio non seruetur antedicta sinodus sequendo uestigia Leoninæ constitutionis in Lateranensis concilii consessu habitæ statuit & ordinauit omnes causas spirituales ciuiles & mixtas, & ecclesiasticum forum quomodolibet concernentes, dummodo non sint de beneficiis reseruatis uel excedentibus ualorem florenorum.xxv.auri de Camera in prima instantia semper uentilari debere usq; ad diffinitiuam sententiam inclusiue in curiis ordinariorum suorum. nec posse per quascunq; appellationes ab interlocutoriis, uel futuris grauaminibus interpositas sub quocunq; quæsito colore remoueri, quas appellationes initendo præfatæ constitutionis Lateranensis ordinationi:ut friuolas & nullas respui posse & debere uoluit: nisi esset talis interlocutio quæ diffinitiuæ uires contineret, uel quæ in diffinitiua reparari minime posset.

Ubi sint ventilandæ causæ in secunda & tertia instantia & coram quibus iudicibus. Cap. ij

In

¶ In secunda autem & tertia instantia nisi sint de beneficiis: ut dictum est reseruatis uel excedentibus ualorem floreno rum.xxiiii. uel nisi essent prophanæ excedentes summam florenorum ducentorum auri de camera tractari debeant in ciuitate Florentiæ uel coram Archiepiscopo & eius Vicario. Quando erit appellatum a sententiis suffraganeorũ: uel coram iudicibus a sede Apostolica delegatis in casibus ubi necessaria est Apostolicæ sedis commissio.

¶ Quos quidem iudices commissarios deputandos esse debere uoluit unum uel plures ex numero eorum, qui erunt descripti in rotulo, de quo inferius dicetur, & partes quę extra descriptos in præfato rotulo iudices impetrauerint puniri uoluit, ut inferius dicetur in alia constitutione.

Poena procurantium causas ventilari vel committi alibi q̃ʒ coram iudicibus deputatis. Cap. iij.

¶ Eos igitur notarios, procuratores uel aduocatos qui cõtra prę missa, causas in prima instãtia directe uel indirecte tractari per alium quam per ordinarium suum, & in secunda & in tertia instantia committi alicui iudici nõ descripto in rotulo prædicto uel qui aliter contra præmissa uel aliquid eorũ quicquam fecerint aut procurauerint eo ipso ingressu curię ordinariorũ suorum a quibus causam amouerunt priuatos esse uoluit, nisi celeriter idest intra octo dies causam ad locum debitum restitui cum effectu procurauerint de notariorum & procuratorum rotulo sine restitutionis spe abradendos.

Quid agendum sit quãdo ordinarius recusatur vt suspectus Cap. iiij.

Sed ne tamen cogatur quis litigare coram iudice suspecto statuit, ut siquis recusaret primam causam suam in prima instantia coram ordinario suo agitare: cõpareat & alleget suspitionis causam. Tuncq; ut iuris est eligẽtur tres arbitri qui suspitionis causam intra quindecim dies terminẽt. Quibus elapsis si non fuerit diffinita suspitionis causa iudex ordinarius procedat in causa reiectis omnibus appellationib. & recusationibus.

¶ Hos autem arbitros eligi uoluit forte ex numero eorum qui erunt descripti in rotulo prædicto.

¶ Et si contingeret pronunciari per eosdem arbitros electos ordinarium esse merito suspectum uoluit extrahi quatuor ex iudicibus rotuli prędicti & ordinarium teneri uni eorũ uel duobus si uidebitur causam committere, a quibus iudicibus si postea cõtingat appellari, uoluit seruari omnia, quæ seruari debent, quãdo ab ipso ordinario appellatur.

Notarium non posse rogare acta vel procuratoris officium exercere nisi sit descriptus in rotulo. Cap. v.

¶ Item statuit nullũ notariũ posse tractare causas aut scribere acta uel procuratoris officiũ exercere quomodocunq; coram aliquo iudice ecclesiastico, siue ordinario, siue delegato, nisi sit de notariis aut pcuratoribus deputatis in curia Floreñ aut Fesulana ordine & modo inferius describẽdo.

Numerus notariorum qualis esse debeat, & quod non possint acta per alium scribere, Cap. vj.

¶ Statuit igitur & ordinauit numerum omnium notariorum deputandorum ad acta conscribenda non excedere numerum quattuordecim, quorum duodecim deputari posint in curia Archiepiscopali, & duo in curia Fesulana, qui uniuersa iudicii acta per se originaliter non per alium scribere debeant, nisi aliquo legitimo impedimento uellent subrogare unum de illis qui sunt descripti in albo notariorum antedicto, alias si per alium aliter q̃ supra dictum est acta conscripserint eo ipso per mensem ab huiusmodi actibus conscribendis sint suspensi.

¶ Subnotarios autem habere possunt pro actibus exemplandis, & copiis exhibendis de licentia ordinariorum suorum quot uoluerint.

De sufficiẽtia notariorũ & quales esse debeant qui assumuntur. Cap. vij.

¶ Item quod notarii assumendi in tali numero debeant esse competentis literaturæ. ita ut sciant saltem grosso modo grammaticæ loqui ac intelligibiliter scribere, & alia quæ ad notarii ecclesiastici officium pertinent exercere.

¶ Et ideo decreuit nullum admitti nisi prius per sex menses saltem steterit sub disciplina alicuius periti notarii de illis qui sunt in antedicto.xiiii.notariorum albo descripti.

¶ Item nisi prius examinentur a collegio notariorum huiusmodi & reperiatur idonei & per Archiepiscopum uel eius Vicarium approbentur cum consilio præsidentis rotæ iudicum qui pro tempore erit.si notarius deputandus erit de illis qui habent scribere acta in Archiepiscopatu Florentino alias approbari debeant per Reuerendum Episcopum Fesulanum cum consilio similiter præsidentis antedicti excæpta ista prima notariorum deputatione quam ad Reueren. Archiepm Floren. & Epm Fesulanum pro rata ita pertinere uoluit, ut non sit opus præcedere aliquod notariorum examen.

Ad quem pertineat notariorum depositio. Cap. viij.

¶ Depositionem autem & priuationem huiusmodi notariorum si quando exegerint demerita sua ad ipsos Archiepiscopum & Episcopum pro numero in curiis suis deputatorum pertinere uoluit.

Procuratoris officium nullus exercere potest, nisi sit deputatus per habentes auctoritatem. Cap. ix.

¶ Item & similiter ne uituperetur ministerium Florentinæ curiæ ex procuratorum imperitia statuit nullum posse procuratoris officium exercere in causis uertentibus coram ecclesiasticis iudicibus nisi sint examinati & approbati:ut supra & descripti in albo ecclesiasticorum procuratorum, quæ deputatio fieri debeat per Archiepiscopum Floren. Episcopum Fesulanum & præsidentem rotæ, de personis idoneis & habentibus aliqualem iuris peritiam,& hoc ni-

si essent causæ breuiores in quibus sine strepitu & figura iudicii proceditur, quoniam tunc uoluit admitti quosque ad officium hoc exercendum.

Procuratores non possunt acta conscribere. Cap. x.

¶ Hoc semper intellecto quod nullus exercens officium procuratoris posit se aliquatenus intromittere in actibus conscribendis, nec econuerso aliquis actuarius posit exercere officium procuratoris sub pœna abrasionis e rotulo in quo descriptus est.

Procurator cogitur defẽdere gratis miserabilem personam. Cap. xj.

¶ Et si contingeret miserabilem personam litigare uoluit q iudex coram quo iudicium uertitur teneatur eligere unũ de procuratoribus descriptis & cõsignare illam causam defendendam, & quod procurator ita electus teneatur gratis officium suum impẽdere sub pœna priuationis & abrasionis de rotulo, nisi haberet aliam consimilem causam, quia tunc poterit se excusare si uolet, & Iudex tenebitur eligere alium non habentem similem causam.

Notarios actuarios esse extrahendos sorte in causis excedentibus summã librarum .L. exceptis criminalibus & feudalibus, & beneficialib. quas sibi Archiepiscopus reseruauit. Cap. xij.

¶ Item ad tollendas suspitiones in iudiciis, quæ non minus oriuntur contra notarios quam contra Iudices, statuit & ordinauit in omnibus causis non executiuis, excedentibus summam librarum quinquaginta, siue agatur coram ordinariis, siue agatur coram delegatis aut conseruatoribus, & aliis

aliis quocunque nomine censeantur notarios e cōmuni bursa extrahi debere hoc modo. Videlicet. ut si causa sit corā ordinario iure ordinario, extrahatur notarius de bursa notariorum curię illius ordinarii. Si autem iure delegationis coram ipso uel coram alio extrahatur notarius de bursa cōmuni omnium notariorum, quæ bursæ retineantur & in eis retinendis obseruetur consuetudo hactenus in archiepiscopali curia obseruata, & si contingeret quemquā Iudicem sine notario taliter extracto procedere in causa uoluit iudicium ita agitatum esse nullum, & notarium cōtra pręmissa scribentem censeri eo ipso esse abrasum de albo aliorum notariorum, & a Reuerēdissimo Archiepiscopo etiā grauius, ut sibi uidebitur puniendum, etiam si sit de notariis non descriptis. Hæc tamen omnia intelligi uoluit, dummodo non sint causæ criminales uel feudales archiepiscopatus Florentiæ uel beneficiales ratione collationis uel institutionis ab Archiepiscopo Florentino factarum, quoniam omnes præmissas causas, quando in præfati Archiepiscopi curia iure ordinario uentilabuntur præfatus Archiepiscopus sibi reseruauit ad libitum suum distribuendas inter notarios.

Quæ sint illa de quibus non possunt esse rogati alij q̄ notarij in rotulo descripti. Cap. xiij.

¶ Item statuit nullum notarium posse rogare contractus rerum ecclesiasticarum, aut qualitercunque ad ecclesiasticum forum pertinentium, ut decretorum interpositiones, beneficiorum renunciationes, uel ad renunciandum procurationes, sponsaliorum dissolutiones, & similia. Nisi sint descripti in numero actuariorum substitutorum, uel procuratorum curię Florētinę & Fesulanæ. Scripturas autem super præmissis ab aliis quam ab antedictis notariis factas: scriptas, & rogatas nullam in ecclesiasticis iudiciis fidem facere statuit & ordinauit, nisi prædicti contractus essent rogandi extra ciuitatem Florentiæ. quia tunc rogatos per alios fidem facere uoluit.

De rotulo iudicum delegatorum. Rubrica.

Ut iudices describendi in rotulo sint doctores, & in dignitate constituti. excipit tamen quosdam. Cap. j.

¶ Quoniam quotidiana nos docet experientia ob delegatorum iudicum imperitiam multas partibus iniustitias fieri: & multotiens ecclesiasticæ iurisdictionis ministros uitu perari, & scandali occasionem nasci apud sæculares presertim homines ex tanta iudicum socordia statuit & ordinauit perpetuis futuris temporibus esse & fieri debere Vnũ Rotulum hominum habentium tamen qualitates, quas in Iudicibus delegatis iura requirunt, extra quod collegiũ Iudex a partib. nullatenus impetrari possit in ciuitatibus Florentiæ aut Fesularum, aut in earum Diocæsibus.

¶ In uno quidem rotulo eo ipso describi & pro descriptis haberi uoluit. Reuereñ. Archiepm Florentinum, aut eius pro tempore Vicarium. Epm Fesularum eius pro tempore Vicarium, necnon Reuerendos Abbates generales cuiusq; ordinis quos in ciuitatibus aut Diocæsibus prædictis commorari contingeret Abbatem Abbatiæ Florentinæ, etiam si doctorati non fuerint.

¶ Item & omnes canonicos cathedralis ecclesiæ Florentinæ: & Priorem collegiatæ ecclesiæ sancti Laurentii, qui in iure canonico uel ciuili doctorati fuerint in rigoroso examine alias non. Nec non & cæteros uiros practicos & doctos quos ista prima Rotuli formatione describendos esse iudicauerit præfatus Reuerendissimus Archiepiscopus, aut eius Vicarius, dummodo habeant qualitates a iure requisitas.

¶ Constituto autem & ordinato huiusmodi rotulo semel statuit & ordinauit, ut dictum est nullum admitti posse qui non habeat doctoratus gradum dignitates uel doctrinam de quibus supra.

Electio deputandorum in rotulo ad quem pertineat. Cap. ij.

Electionem

¶ Electionem autem deputandorum in hoc rotulo post hãc primam uicem uoluit spectare & pertinere ad personas dicto rotulo descriptas. confirmationem uero ad Archiepm Florentinum excæpta electione eorum qui habent dignitates prænotatas, aut qui sunt canonici præfatæ ecclesiæ Florentinæ altero iure rigoroso examine doctorati, quia uoluit nullo requisito consensu Archiepm posse & debere illos in præfatorum iudicum rotulo describi facere.

Puniuntur qui causas in Rotulo nõ descriptis committi procurauerint. Cap. iij.

¶ Omnes autem causarum commissiones fieri procurantes quoquo modo in ciuitate Florentiæ, aut Fesularum uel earum Diocæsibus iudicibus. Qui in huiusmodi rotulo non fuerint descripti eo ipso pœnis, de quibus supra dictum est subiacere uoluit, postquam præsentes constitutiones a Sanctissimo D.N. Papa confirmitæ fuerint.

Quæ causæ pertineant ad forum ecclesiasticum. Cap. iiij.

¶ Ad ecclesiasticum uero forum pertinere declarauit omnes causas clericorum & religiosarum personarum, societatũ, hospitalariorum, heremitarum, & aliorum locorum piorum, quomodocumq; in iudicio ipsos comparere contingat agendo siue defendendo, siue etiam testificando, condemnando in libris decem ordinariorum fisco adiiciendis oẽs clericos & religiosas personas quæ uel agendo, uel excipiendo, uel testificando, uel aliter quomodocumq; sæculari sese foro subiecerint sine ordinariorũ suorum licentia.

Vasallus clericus potest priuari feudo a layco, nõ tamen in persona aut alijs bonis molestari. Cap. v.

¶ De clericis tamen laycorum uasallis ratione feudi quod a laycis tenent ita iudicari posse declarauit, ut .s. feudo pri-

uari posſint, & in feudalibus bonis contra eos fieri executio. In perſona autem aut eccleſiaſticis bonis nullatenus diſtringi poſſe aut iudicari.

Enumerat quaſdam ſpecies cauſaruz eccleſiaſticarum. Cap. vj.

Cas quoq; uſurarum ſimulatorum contractuũ uſurariam prauitatem quomodolibet ſapientium, decimarum, matrimoniorum, beneficiorũ. hęreſis, ſimonię, ſacrilegii, Iuris patronatus, & omnes alias cauſas quę iure uel conſuetudine eccleſiaſticæ iudicari ſolent in eccleſiaſtico tantum foro diſcuti ac iudicari ſtatuit. oẽſq; proceſſus ac ſentẽtias ſuper pręmiſsis coram ſęcularibus iudicibus agitatos aut latas eſſe nullius roboris aut momenti, nec quidem indicium facientes ad iudicium eccleſiaſticum, niſi inpræmiſſis acceſſerit ordinariorum licentia.

Enumerat cauſas mixti fori, in quib⁹ dicit locuz eſſe præuentioni. Cap. vij.

In cauſis autem extra pręmiſſa pietatem concernentibus, ut reprimere diuites ne carius debito uictualia uẽdant. ne aromatarii res adulteratas, ut ſartores. Lanii, piſtores, & huiuſmdoi habeant menſuras & pondera iuſta.

Cauſæ dotis uiduarum, pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum. coactio laycorum ad ſatisfaciendum legatis piis, punire periuros, adulteros, ſtupratores uirginũ, ſodomitas, ſacrilegos, incęſtuoſos, concubinarios, uiolatores pacis effractores eccleſiarum, blaſphematores Dei & ſãctorum, uendentes, aut laborantes diebus feſtiuis, aut feſta qũolibet inhonorantes, locantes domos publicis uſurariis. piratas ſeu curſarios cum ſuis fautoribus ſpoliantes chriſtianos qui naufragium patiuntur, publicos latrones: deferentes arma, ferrum, lignamina, & merces uetitas ad ſarracenos, & alia crimina quæ mixti fori iudicari ſolent, uoluit locum eſſe præuentioni, ita ut ſufficienter punitus in foro eccleſiaſtico in ſæculari nullatenus puniri poſsit & econtra.

Coniugati nõ gaudent priuilegio clericali nisi in habitu & tonsura incedant in non coniugatis seruatur.c. si iudex. Cap. viij.

Ad tollendas tamen fraudes nonnullorum qui sub clericali pallio sese ubilibet protegere uolunt & quandoq; in fraudem creditorum promoueri procurãt sęcularis tantũ iudicii declinandi causa declarauit clericos coniugatos in nullo gaudere priuilegio fori aut canonis nisi clericalem habitum & tonsuram gestauerint. Eum autem gestare clericalia insignia dici debere iudicauit, qui per duos mẽses ante delictum perpetratum, uel iudicium motum portauit biretum tonsuram more aliorũ clericorum Floreñ.prouinciæ. Quod in cõiugatis obtinet, in aliis uero seruandã esse uoluit dispositionem.c.si iudex. de sentẽ. exco. in.vi.

Fratres de tertio ordine corrigiatæ & mantellatæ extra cõgregationez viuentes, vt layci reputãtur. Cap.ix.

Quantum autẽ ad mantellatas corrigiatas & fratres de tertio ordine & similes personas attinet statuit & ordinauit sequendo statuta Lateraneñ. concilii in undecima sessione nuper facta eos posse cõueniri coram laycis iudicibus, & ab eisdem iudicari qñ in propriis domibus sine collegio habitant, secus autẽ qñ simul in congregatione habitarẽt. Nec non & eiusdem concilii uestigiis inhærendo statuit & ordinauit eorundẽ fratrũ de tertio ordine mantellatarum corrigiatarum, & similium in propriis domibus habitantiũ personas, quo ad sacramenta recipienda & iura parrochialia omnia, ut sæculares iudicari & pro sæcularibus haberi debere, sicq; teneri a parrochianis ꝓpriis extremã unctionem Eucharistiã in pascate cęteraq; ecclesiastica sacramẽta recipere, ipsosq; ecclesiarũ rectores ab ecclesiis apud quas sepulturam elegerint consuetã funeraliũ partẽ exigere, non obstantibus consuetudinibus quibuscunq; hactẽnus in contrarium obseruatis.

Quid de illis qui lite contra eos mota ordinantur, vel professionē emittunt. Cap. x.

¶ Quo ad illos autem qui iudicii sæcularis declinandi gratia ordines assumunt aut professionem emittunt, siquidē id iam lite contra eos mota faciunt nullatenus prodesse declarauit quo minus ab eo iudice coram quo iudicium inceptum est ciuiliter iudicentur. Si autem ante motam litem ad clericales fuerint ordines promoti sæcularem effugere statuit potestatem.

¶ Quinimmo & criminaliter iudicari posse declarauit quando accæpti ordinis uel emissæ professionis tempore carceri addictus erat.

Clerici artem exercentes quando sub sint iudicibus artis. Cap. xi.

¶ De clericis quoq; qui sæcularibus negociationibus & artificiis intendunt societatem, etiam cum laycis plerumq; ineundo ita decreuit, ut si sint in minoribus tantum ordinibus constituti non incedentes in habitu & tonsura possint ciuiliter a rectoribus & iudicibus artis quam exercent secundum illius artis statuta (nisi per ordinarium fuerit præuenta iurisdictio) iudicari. Si uero in sacris a suo tantum ordinario. uoluit tamen omnes scripturas, testes, consuetudines, instrumenta, quę alias si causa agitaretur in foro sæculari fidem facerent quo ad negocium artis ratione cuius conuenitur. similiter allegari posse & fidem facere in iudicio ecclesiastico.

Quādo mercator effectus est clericus contra euz admittuntur omnes probationes quæ admitterentur in foro sæculari. Cap. xij.

¶ Quod utiq; generaliter obtinere uoluit quandocumq; in foro eccl esiastico est contentio de iis quæ gesta sunt a per-

sonis

sonis quæ tempore natæ obligationis suberant alicui foro in quo leuiores erant probationes, ut.s.eædem probationes in foro nostro parem uim eandenq; habeant efficaciã. Vt si contingat mercatorem effici clericum uel clericum mercatori succedere. In iis enim super quibus ratione huiusmodi mercaturæ conueniet uel cõuenietur clericus scriptis ac libris eorundem eam adhiberi fidem uoluit, quę & in mercatorum foro adhiberi solet.

De causarum auocationibus & inhibitionibus Rubrica.

Inhibitio concedenda pro omni causa ecclesiastica. Cap. j.

Quoniam ecclesiasticus ordo confunditur si sua cuiq; iurisdictio non seruetur, declarauit iudicem ecclesiasticum posse & debere cum primũ requisitus fuerit omnes causas ecclesiasticas & spirituales quomodocunq; incœptas coram iudice seculari siue id principaliter, siue per accidens ad ecclesiasticum forum reuocare inhibendo sub pœnis & censuris ut moris est.

Prohibet inhibitiones fieri in fraudẽ. Et vult prius iudices informari per signa & coniecturas, & postea inhibere Cap. ij.

Monuit tamen ecclesiasticos iudices, ut sint diligentes & prospiciant nequid fraudis in huiusmodi auocationibus & inhibitionibus committatur. multi.n. ut sæcularis iudicii incœpti censuram deuitent quæsito usurarum colore, ut rem in longum protrahant ad ecclesiasticam confugiũt iurisdictionẽ. præcepit ergo omnib. iudicib. ecclesiasticis sub pœna periurii ne statim sæcularibus iudicibus coram quibus lis pẽdet inhibeant cum petuntur, sed prius citẽt partẽ & capiant summariã informationem uel per instrumenta uel per testes uel per alias coniecturas etiam extra-

iudicialiter causam illam pertinere ad ecclesiasticam iurisdictionem, & postea in hibeant. quam inhibitionē postea simpliciter dari absq; ulla termini prefixione uoluit cessantibus antiquis constitutionibus, quæ antea inhibitiones huiusmodi certis temporum angustiis concludebant.

Quid agendū sit quando laycus cedit iura clerico contra laycum pulchra distinctione respondet. Et quid quando clericus layco iura sua cedit. Cap. iij.

¶ Præfata quoq; sinodus explicando dubia quędam in huiusmodi causarum auocationibus quotidie nascentia statuit & declarauit, ut infra.
In primis cum quæreretur quid agendum sit quando laycus contra laycū cedit iura & actiones clerico uel alteri personę religiosæ rem hac distinctione firmauit, quod si tempore cessionis lis iam erat coram sæculari iudice incœpta ibi omnino terminari debeat, nulloq; cessionarii prętextu ab eo ualeat auocari. Et si ante inchoatum iudicium cessionem fieri cōtingat, aut subest aliqua iusta cedendi causa, ut quia rōne debiti exsoluendi uel alia causa fraudis præsumptione uerisimiliter excludente (quod in iudicis arbitrium referri uoluit) & tunc placuit causam auocari posse alias non. Sed omnem cessionem aliter factam ut fraudulētam nullius roboris esse declarauit. clericumq; huiusmodi in fraudem factis cessionibus cōsentientem in libris decem condemnauit.

¶ Eamdem quoq; constitutionem obtinere uoluit aduersus clericos & religiosas personas quę ut ecclesiasticum forum declinarent iura sua & actiones layco concesserint.

Quādo clericus nominat vt defensor auocat causam a iudicio sæculari ante litem cōtestatā. Si vt dn̄s & possessor indistincte auocat. Si vt domin⁹ directus tantū distinguit vt i litera. Cap. iiij.

Et

¶ Et cum quęreretur quando clericus nominatus a reo in iudicio sęculari posset auocare causam ad iudicem ecclesiasticum rem distinguendo firmauit. Et in statutum redegit.

¶ Aut.n.nominat clericum ut defensorem, aut nominat ut dominum & possessorem si ut defensorem, uerbi gratia in causa euictionis. tunc si sumus ante litem contestatam uel quasi, clericus auocabit causam ad forum ecclesiasticum, si post litem contestatam secus.

¶ Si ut dominum & possessorem omni casu cognitio spectabit ad iudicem ecclesiasticum, & causa auocabitur a sęculari cum inhibitione in forma cum iura non permittant laycos de clericorum rebus iudicare.

¶ Sed si nominetur clericus in dominum tantum, legitima apud alium possessione remanente, ut quando esset laycus emphiteota uel usufructarius, & clericus esset dominus directus, siquidem agitur simpliciter ad fructus consequendos. & tunc possidenti nullatenus proderit nominatio, sed causa omnino terminari debeat coram sęculari iudice, sed si actum fuerit rei uendicatione uel etiam ut habeatur possessio rei, uel per tenutam, uel per quodcunque aliud remedium extra casus antedictos poterit causa ad ecclesiasticum iudicem auocari secundum cõsuetudinem in Florentina curia hactenus obseruatam, nã licet hoc secundo casu uideatur agi contra iura layci quęrendo ab eo possessionem quam habet amoueri. tamen maxime interest clerici non mutare possessorem in rebus quę ad eum iure directo pertinent, ne in euentum caducitatis duriores inueniat detentores. Item cum huiusmodi possessiones dominii ad se partem trahant iniquum est eas sine ecclesiastica auctoritate cuiquam adiudicari.

An quando clericus comparet in iudicio ut tertius possessor, causa auocetur a iudice sęculari. Cap. v.

¶ Et cum quęreretur quid dicendum esset quãdo causa possessionis agitatur contra laycum in suo foro, & clericus cõparet ut tertius possess. an possit causam ad ecclesiasticum iudiciũ trahere ita statuit. Ut si poss. clerici habet causam a reo conuento directe uel indirecte, & id post motum iudiciũ, uel etiam ante motum iudiciũ quo tpe sperabatur

litem moueri, ut quia intra duos menses ante motum iudicium, tunc causa agitetur & decidatur coram iudice layco.nisi clericus ostenderit ante motũ iudicium rem a layco ex iustis & rationabilibus causis habuisse.

¶ Si uero possessionis allegatæ a clerico causa non dependeata reo directe nec indirecte, sed ab alio uel etiam a reo extra casus præmissos causam auocari posse decreuit.

Inhibitio debet fieri iudici sæculari sine præiudicio processus, quando petitur post litem contestatã. Cap. vj

¶ In omni tamen casu inhibitionis concedendæ per ecclesiasticum iudicem ad tollendas improborum calumnias, qui quandoq; circa periodum litis petunt inhiberi cum periculo instãtiæ quę perit, declarauit omnes inhibitiões quę de cætero fient iudici sæculari post litẽ contestatã uel quasi, fieri debere sine prẹiudicio processus secundum practicam hucusq; a multis obseruatã.cuius inhibitiõis effectus erit, ut si ex deductis postea in cã uideretur iudici ecclesiastico secundum iuris dispositionem causam primo iudici remittendã pronũciatio interim facta cõualescet perinde ac si nulla emanasset inhibitio etiam non obstante quacumq; appellatione a parte interposita.

Inhibitio fit sine præiudicio legitimæ executionis quando competebat executio. Cap. vij.

¶ Sed si iam uirtute sentẽtiarum cõpetebat executio in curia sæculari declarauit & uoluit inhibitionem non esse cõcedẽdam nisi sine præiudicio legitimæ excutionis. Quam deinde executionem nullatenus reuocari posse uoluit donec principalis causa fuerit per ecclesiasticum iudicem terminata.ita ut cum ipsa diffinitiua sententia executionem factam, uel infirmet si uiderit auocantem fouere iustitiã, uel confirmet si econtra.

Vt fiat

Ut fiat depositum quando tacti in foro sæculari petunt causam auocari ad iudicē ecclesiasticū. Cap. viij.

¶ Et quia contingit in ciuitate Florentiæ ratione certorum contractuum maxime in curia mercantiæ incipi ab executione per uiam tactus, & quandoq; eo modo tacti confugiunt ad ecclesiasticum iudicem dicentes contractus uel obligationem ratione cuius tacti sunt usuraria prauitate laborare, statuit & ordinauit, ut taliter tacti non prius obtineant inhibitionem ab ecclesiastico iudicio quam fecerint reale depositum de summa petita apud Camerarium Archiepiscopalis curiæ seu saltem dederint idoneum fideiussorem in forma depositi ad declaratione Dni Vicarii. Quod depositum camerarius uel fideiussor teneatur statim relaxare parti tractæ cum primum pronunciatum erit ipsam fouere iustitiam non obstante quacumq; appellatione quam quo ad impediendam prędicti depositi relaxationem nullas uires habere decreuit. Et similiter si pronunciaretur in fauorem eius qui traxit causam & deposuit relaxetur ei tale depositum, nec possit ulterius in executione molestari donec causa fuerit legitime terminata.

De iudicijs ℞ modo procedendi in causis. Rubrica.

In omnibus causis summariæ procedendum esse. Cap. primum.

¶ Cordi maxime fuit huic sacro conuentui lites minuere, earumq; dispendia pro pauperum litigatorum utilitate quātum potuit resecare. Quoniam experimento compertum est quamplures pauperes, quinetiam & diuites, dum diuturnas & pene immortales litigandi molestias abhorrent iustitiæ complementum assequi nequiuisse. Quo circa statuit & ordinauit (innitendo speciali indulto nuper a Sanctissimo. D. N. Leone. X. Pont. Max. Reuerendissimo. D. Iulio. S. R. E. Cardinali & Vicecācellario dignissimo. nec

G

non Archiepiscopo Florentino cōcesso)omnes causas tam ciuiles quam criminales,ecclesiasticas quam prophanas:& mixtas quomodolibet quacūq; auctoritate coram ecclesiasticis iudicibus uentilandas in omni sua instantia summarias esse, ac in eis summariæ,simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii procedi debere, excæpto tamen ordine inferius declarando.

¶ In causis igitur excedentibus summam librarum quinquaginta non habentibus executionem paratam uoluit hoc ordine procedi.

Incipit modus procedendi in causis maioribus secundum tenorem istarum constitutionum Cap. ij.

¶ In primis uolens contra aliquem experiri porrigat libellū seu summariam petitionem notario causæ, qui extrahetur e bursa secundum modum in pręcedentibus dictum, & missa copia libelli citetur pars ad respondendū libello & iurandum de calūnia intra tres dies, quoꝝ unū pro primo &c. Asignādo sibi illum ꝑ ultimo peremptorio, alias ad primā ad uidendum se excōicari. & ita si sit cōtumax excōicetur, nec audiatur nisi refectis expensis, & nihilominus ipse actor iuret decalumnia, & petat sibi terminum ad ponendū & articulandum, & si in contumaciam partis aduersæ probauerit de iure suo obtineat sententiam diffinitiuam super causa principali, nec etiam tunc appellando audiatur aduersarius, nisi refectis omnibus expensis litis meruerit absolutionis beneficium obtinere.

¶ Et si reus comparuerit in termino, & proposuerit aliquas excæptiones declinatorias aut dilatorias, aut quascumq; alias quæ ante litis contestationem proponi solent & debent, detur terminus actori ad tertiam ad replicandum.

¶ Deinde detur utriq; parti terminus.x.dieꝝ utiliū ad probandum incumbentia circa dictas excæptiones & replicationes.

¶ Eo autem termino elapso super dictis excæptionibus & replicationibus pars nullatenus audiatur, sed partes teneantur intra tres dies dare processum iudici, qui postea intra sex dies utiles teneatur super excæptionibus prouunciare: &

& si fuerint tales excæptiones, quæ altiorem requirant in daginem, si uidebitur possit in fine litis reseruare, & etiã iudice aliter super dictis excæptionibus non pronunciante censeatur reseruatę in fine litis & omni casu quo iudex ad ulteriora processerit intelligatur esse lis contestata.

¶ Deinde assignetur terminus actori ad ponendum & articulandum ad octauam.

¶ Quibus exhibitis citetur aduersarius ad primam ad respõdendum positionibus si fuerit in ciuitate:ad tertiam si fuerit in Diocæsi uel Prouincia. ita tamen ut quando est absens a ciuitate ultra tria miliaria tẽpore quo citatur ad respondendum possit respondere per procuratorem, qui habeat auctoritatem iurandi in animam principalis sui. Sin autem tam actor quam reus fuerint contumaces in respondendo positionibus possit & debeat iudex parte instante pronunciare eas pro confessatis.

¶ Deinde actori assignentur tres dilationes ad probandum: primam decem, secundam octo, tertiam sex dierum si petitæ fuerint.intelligendo semper quod si accideret ultimã diem termini esse feriatam illa dies & omnes aliæ similiter feriatæ non connumerentur, sed prima dies quæ erit iuridica censeatur esse ultima dies termini.

¶ Et si procurator actoris in ultima die unius termini cessauerit petere aliam dilationem sit ipso facto exclusus a petitione dilationum sibi specialiter competentium.

¶ Et si contigerit testes produci intra dictos terminos assignetur terminus ad dandum interrogatoria ab hodie & cras(ut moris est)nisi essent testes affuturi, quia iudex tũc poterit terminum abbreuiare ut sibi placuerit. Qui testes examinari debeant usq; ad terminum datum ad dicendũ contra iura producta inclusiue, & notarius in processu de examinatione testium mẽtionem faciat & in actis redigat tempus examinationis prædictæ.

¶ His autem dilationum prædictarum temporibus elapsis assignetur terminus trium dierũ ad producẽdum omnia.

Termini qui conceduntur actori, conceduntur etiã postea reo. Cap. iij.

¶ Et successiue postea detur terminus sex dierum ad dicendum contra iura producta, In quo termino si reus excæ-

ptiones & articulos dederit dentur sibi omnes dilationes ad probandum producendum, & dicendum contra iura producta, quæ actori conceduntur per præsentem constitutionem. Quibus elapsis si per aliquam partem petitum fuerit detur terminus communis utriq; parti uiginti dierum utilium ad probadum & probatum habendum hinc inde incumbentia per omne genus probationis.

Post conclusum in causa datur dilatio ad reprobandum testes, sed prius præstito iuramento calumniæ ab eo qui reprobare intendit. Cap. iiij.

¶ Quo termino elapso censeatur conclusum in causa, nec audiatur aliquo modo pars uolens aliquid producere uel allegare, excæpta reprobatione testium quia si aliqua partium uel ambę uellent dicere contra testes ad ambarũ uel unius petitionem opponendo crimina & defectus contra eos, debet assignari terminus perēptorius duodecim dierum utilium ad reprobandum & reprobatum habēdum, & opponendum, ac probandum, & probatum habēdum quicquid uoluerint contra dictos testes, faciendo etiam intra dictum tempus deposuisse omnes testes siquos contra præmissos examinare uellent.

¶ Sed tamen hoc ultimo casu noluit partem admitti ad testium reprobationem nisi prius pręstito iuramento a reprobante quod hoc non facit animo calumniandi, & si intra dictum terminum non probetur quod contra testes opponebatur uoluit opponentem condemnari in libris decem Archiepiscopali curiæ applicandis.

Præfigitur instantia causæ. Cap. v.

¶ A die autem conclusionis in causa procuratores partium, uel saltē ille qui petierit causam expediri teneatur intra x. dies dare processum integrum Domino Vicario. Qui a die exhibitionis registri, de quo notarius teneatur mentionem facere in actis intra. xx. dies utiles teneatur diffinitiuam proferre sententiam in causa, ita quod terminus ipse intelligatur pręfixus instantiæ Iudici. & parti & ipso iu

te intel-

re intelligatur instantia deserta, nec posit aliquam senten tiam ferre nisi ab obseruatione iudicii cum expensarum condemnatione, quam tamen proferre teneatur ad instan tiam cuiuslibet partis.

Puniuntur iudices notarij & procuratores, quorum culpa instantia peribit. Cap. vj.

¶ Iudex autem qui infra dictum tempus si acta ut præmittitur exhibita fuerint parte instante sententiam diffinitiuam proferre neglexerit incurrat periurii pœnam, teneaturq; partibus ad interesse. procurator quoq; qui fuerit negligens, & in curia sua instantiam labi permiserit comdemnetur parti ad interesse. Simili quoq; pœna feriatur notarius, qui satisfacto prius sibi de mercede sua acta exhibere neglexerit intra tempus præfatum, uidelicet infra.x. dies post habitam mercedem, prædictũ tamen tempus.xx. dierum utilium datum iudici ad pronunciandum uoluit per ipsum ex causa posse ad alios.xii.dies utiles prorogari, ita quod infra illos semper posit, ut præmittitur diffinitiuam proferre sententiam adempta omni facultate ulterius prorogandi.

Quando testes examinandi sunt in longinquis partibus iudex declarare potest tẽpora non currere. Cap. vij.

¶ In causis tamen ubi examinãdi essent testes in longinquis partibus constituti, poterit iudex si iudicauerit huiusmodi testium dicta tam paruo tempore haberi non posse prorogare terminum pro testium dictis habendis, pro itineris & regionis distantia, declarando interim tempora prefixa non currere. Quorum terminorum dilationes ad euitandas partium calumnias uoluit esse in mero iudicis arbitrio, ita quod nullus ab eorum uel denegatione uel concessione appellare posit. intelligendo tamen quod ista facultas prorogationis tantum competat iudici, quando testes sunt remoti ultra quinquaginta miliaria a ciuitate Florentiæ.

Ponitur modus procedendi in causis minoribus.i.a quinquaginta libris infra. Cap. viij.

¶ Et hunc quidem ordinem,ut præmissum est obseruari uoluit in omnibus causis antedictis.Sed in causis a quinquaginta libris infra uoluit procedi debere per uiam monitorii iuxta stilum consuetum. Et in termino si reus comparuerit & negauerit monitorium, habeat actor terminum decem dierum utilium ad probandum,infra quem terminum posśit si uelit dare articulos, producere testes & instrumenta. postea autem habeat reus alios decem dies ad dicendum contra iura producta,& dandum exceptiones, articulos, ad producendum testes & omnia alia quæ duxerit ad causam facere.

¶ Deinde detur terminus sex dierum utilium utriq; parti ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis, & idem obseruetur in causis decimarum ac sequestris quę fierent uirtute iurium exequibilium quæ non possunt reuocari. Aliæ autem sequestrationes quæ non procederent a iure alias exequibili reuocari possunt ad petitionem partis & deinde in eis procedatur, prout in causis monitorii iuxta ordinem prætaxatum.

¶ Quo termino elapso Dñs iudex mandet sibi acta exhiberi, quæ quidem acta partes teneantur exibere infra octo dies. & a die exhibitionis infra xii. dies utiles iudex teneatur pronunciare monitorium esse confirmandum uel infirmandum & partem excomunicare uel a petitis absoluere ut sibi uidebitur.

In causis habentibus executionem paratam proceditur per viam monitorii. Et duæ tantum exceptiones admittuntur. Cap. ix.

¶ In causis autem iurium habẽtium executionem paratam, etiam procedatur similiter per uiam monitorii,& tunc admittantur tantum duę exceptiones solutionis.s.& nullitatis

tis quando opponitur exceptio solutionis tantum detur terminus decem dierum ad probandum eam, & etiam si iudici uidebitur & pars petat detur alia dilatio octo dierum quibus elapsis si actor petierit habeat terminũ trium dierum ad dicendũ contra iura producta. & postea etiam detur alius terminus comunis utriq; parti ad producendum allegandum &c. Quibus elapsis terminis nullatenus audiatur aliqua partium, sed notarius teneatur exhibere acta Iudici infra tempus, de quo supra satisfacto sibi prius de competenti mercede, ut supra, qui iudex similiter etiam teneatur iudicare, ut supra.

¶ Sed si reus opposuerit exceptionẽ nullitatis, ut quia dixerit contractum esse usurarium, & simulatum habeat reus opponens terminum duorum dierum ad informãdum Iudicem summarie qualitercũq; per coniecturas & signa aliter quam per proprium iuramentum. de simulatione aut usuris dicti contractus, & si iudex uiderit esse aliquam uerisimilem prẹsumptionem ea quẹ opponuntur per reum probari posse, resoluat monitorium, & mandet procedi ordinarie secundum ordinem traditum supra in causis excedentibus ualorem librarum quinquaginta.

¶ Quod utiq; obtinet quando instrumentum esset de summis contentis in dicto statuto, idest excedentibus summam librarum quinquaginta alias procedendum est, prout proceditur supra in causis minoribus.

Practica obseruanda quando agitur virtute obligationis in forma cameræ. Cap. x.

¶ Et hẹc quæ supra diximus obtineant in omni instrumento executiuo sub quibuscunq; uerbis modis & formis cõcæpto, & etiam in quibuscunq; instrumentis & iuribus: & aliis iuxta formã statutorũ comunis Floreñ executionẽ paratã habẽtibus. Excæpto si sit obligatio in forma camerẹ, quia tũc si reus opposuerit solutionẽ uoluit seruari modũ primo loco dictũ. Si uero opposuerit excæptionem nullitatis, tunc si actor est paratus dare idoneum fideiussorem iudicis arbitrio declarãdũ de stãdo iuri & iudicatũ soluen

do reus nullatenus audiatur, nisi prius contenta in instrumento adimpleuerit Sed si actor tenuerit, ut supra fideiussorem dare si talis exceptio nullitatis fuerit opposita teneatur reus infra duos dies, ut dictũ est, informare iudicem & petere absolutionem a iuramẽto, qui iudex si uiderit ut dictum est uerisimiles ꝑ reo pręsumptiones absoluet & mandabit ut supra procedi, uel eum omnino reiiciet.

¶ Et hęc dũmodo ille qui est obligatus sit pręsens in Diocęsi uel ciuitate, quia Sinodus ordinauit illum nõ excommunicari nisi citatum, ad euitandas iniurias que inferuntur quottidie multis, qui cum post talem obligationẽ soluerint, tamen excõmunicãtur. quando aũt erunt absentes a dictis locis seruetur practica consueta.

Ne quando summa maior debetur petat minor in fraudem cõstitutionis, quæ vult notarios extrahi e bursa qñ maiores sũmæ petũtur. Cap. xj.

¶ Et ad tollendum fraudes nõnulloꝝ notariorum & procuratorum, qui ex uno debito quandoq; gemina iudicia suscitant, ut effugiant illam constitutionem de extrahendis notariis in causis excedentibus summã librarum quinquaginta, contra.n.illum qui est obligatus in maiori summa procedunt per uiam monitorii petentes libras quinquaginta pro parte maioris summæ, uel saluo iure calculi, & sic cum effectu petunt summas maiores & euadunt illius constitutionis rigorem statuit & ordinauit reum prætextu similium monitorioꝝ non posse in plus condẽnari quã sit summa librarũ quinquaginta, & si illud plus quod ultra illam summã librarum quinquaginta debetur sit debitũ annexũ uel per instrumentũ uel per scripturã, ita ut facile & clare appareat illi summæ petitæ censeatur eo ipso extinctum, nec possit reus super illo ulterius molestari perinde ac si per diffinitiuam ab eo sententiam fuerit absolutus. & notarius qui hoc malitiose procurauerit teneatur parti ad interesse. & ideo quilibet notarius & procurator sit cautus in admonendo actores ne minus debito petant, ne de suo resarcire teneantur.

Qui sint dies vtiles. Cap. xij.

¶ Et quia in præmissis sæpe habetur mentio de diebus utili bus declarauit quo ad pręmissarum constitutionum tenorem illos dies esse utiles in quibus ius redditur. alios autē inutiles siue id fiat ratione feriarum a iure inductarum siue ab homine.

In dubio constitutio intelligitur de die bus currentibus. Cap. xiij.

¶ Et quando in iis constitutionibus fit simpliciter mētio de diebus intelligitur de currentibus non de utilibus tantum nisi exprimatur.

Per quos teneri debeant computus de diebus vtilibus. Cap. xiiij.

¶ Item statuit quod tam procurator causæ quam notarius te neantur, & debeant tenere notulam & computum de die bus utilibus & terminis pertinentibus ad causas proprias, alias si negligentes fuerint puniantur iudicis arbitrio.

¶ Item pro comuni utilitate omnium Camerarius Archiepi scopalis curiæ teneatur habere librum particularē in quo ordinate scribat dies quibus iudex non sederit pro tribunali, ut omnibus quando opus fuerit patere possit.

Ferias Archiepiscopalis curiæ esse ab omnibus obseruandas. Cap. xv.

¶ Item ad tollendas confusiones statuit & ordinauit, ut om nes iudices ordinarii & delegati in ciuitate Florentinę cau sas quomodocūq; cognoscentes debeant & teneantur seruare omnes ferias inductas in curia Archiepiscopali uel in ducendas aut in honorem Dei, aut in commoditatem ho minum, ut sunt feriæ messium & uindemiarum. nisi sint feriæ repentinæ inducte ex arbitrio Domini Vicarii Archiepiscopi Florentini Quia tales dies noluit esse feriatos in causis delegatis aut aliorum ordinariorum nisi ipsi met iudices easdem seruare uoluerint.

Intra quod tempus appellans teneatur facere fidē iudici a quo de præsentatione appellationis aut rescripti. Cap. xvi.

¶ Item quia parum esset consultum litium breuitati si post modum in appellationis causa liberū esset procrastinandę litis uotum statuit declarauit & ordinauit in appellationibus hoc ordine procedendum esse, ut scilicet appellans habeat illos decem dies iuridicos ad appellādum ultra quos si non appellauerit non admittatur.

¶ Interposita autem appellatione si appellat ad Archiepiscopum habeat unum mensem ad faciendum fidem iudici appellato de præsentatione appellationis coram iudice ad quem. si autem appellauerit ad sedem apostolicam habeat duos menses similiter ad faciendum fidem appellato de commissione causę, & de præsentatione Rescripti facta iudici idoneo secundū tenorem antecedentium constitutionum, & si infra dictū terminum non fuerit facta fides de præmissis respectiue appellatio eo ipso censeatur deserta, & sententia dicatur transiuisse in rem iudicatam.

Quod in secunda & tertia instantia seruatur idem modus in procedendo, qui & in prima. Cap. xvii.

¶ Præsentato autem rescripto uel promota causa ut præmittitur detur appellanti terminus decem dierum ad libellandum, & postea seruentur omnes termini respectiue secundum qualitatem causarum qui seruari debent in prima instantia. Ita quod iidem termini in secunda instantia censeantur præfixi iudici, causæ & parti sicut in prima. nisi partes huiusmodi terminis uel aliquibus eorum duxerint renunciandum.

¶ Et totum illud quod dictum est seruandum esse in secunda instantia uoluit etiam seruari in tertia. & ulteriori si cōtingeret pluribus instantiis propter diuersitatem sententiarum causam uentilari.

Pendente

Pendente compromisso tempora non currere. Cap. xviij.

In omnibus tamen instantiis ne occasio concordandi partibus adimatur declarauit tempora non currere quando penderet compromissum inter partes.

Judex potest reseruare partibus ius deducendi iura sua intra certũ tempus post sententiam diffinitiuam quæ virtute illorum iurium retractari potest. Cap. xix.

Item quia posset contingere quod ob locorum distantiam uel aliud occurrens impedimentum partes nõ possent infra prædictũ tempus de iure suo ostẽdere statuit & ordinauit iudicem quando uidebit negocii qualitatẽ id exigere posse & debere lata sententia reseruare parti uel partibus ius deducendi iura sua infra tempus, quod ipse iudex congruũ iudicauerit. Per quæ noua iura qualiacumq; sint infra dictũ tempus producta possit sententia retractari & annullari, & contra partem pronunciari, perinde ac si nulla sententia fuisset super huiusmodi negocio lata. hoc tamen semper intellecto quod pendentibus huiusmodi terminis sententiarum executiones nullatenus impediri debeant, dũmodo pars quæ executionem petit sufficienter caueat ad declarationem iudicis de stando iuri & iudicato soluendo in euẽtum retractationis & annullationis huiusmodi.

De ordinariis deq; omnium iudicum officio. Rubrica.

Excitat iurisdictionem ordinariorum, & docet circa quæ inuigilare debeant. Cap. primum.

Considerans hæc sancta Sinodus quam sit necessaria ordinariorũ uigilantia in puniẽdis criminibus & euellẽdis ma lis moribus e populo Christiano innixa Rom̃ Pon. statutis & ordinationibus admonuit, & in uirtute sanctę obedientię, & sub pœnis a iure cõminatis pręcepit omnib. ordinariis Epis eorũq; Vicariis, & aliis quocũq; nomine censeantur, ut sint diligẽtes & solliciti in cogendis subditis ad obseruationẽ pręsentiũ prouincialium constitutionũ, & ad publicandum eas in diocæsibus suis, & pręsertim singulo quoq; anno in sinodo diocæsana. Sintq; alias diligentes in correctionib. clericorum, & etiam laycorum, in cohercendis & puniendis hæreticis, simoniacis, scismaticis, adulteris, cõcubinariis, incestuosis, usurariis, accedentibus ad monasteria, usurpatoribus bonorũ ecclesiasticorum, & quibuscumq; aliis publicis & notoriis peccatoribus, in ministrando uel ministrari faciendo iustitiam uiduis & pupillis, & aliis quibusq; pauperibus ad ipsos confugientibus. In uisitandis ecclesiis clericis & populis, diligenter intendendo ne diuinus cultus aliqua in parte minuatur, ne ecclesiarũ ædificia corruant, in arguendo, increpando, obsecrando docendo in omni pacientia, bonum de se exemplum honestate uitæ cæteris præbendo.

Ut ordinarii requirant titulum ab habentib⁹ plura incõpatibilia. Cap. ij.

Procurent quoq; ut omnes habentes plura incompatibilia beneficia intra duos menses uel aliud tempus arbitrio suo moderandum ostendant titulum & dispensationem dictorum beneficiorum. Quo tempore elapso si non erit facta fides de sufficienti dispensatione ille ad quem spectat declaret beneficia uacare, procedatq; ad collationẽ & institutionem & possessionis dationem. alias autem si apparuerit de sufficienti dispensatione prouideat ne in dictis beneficiis animarum cura negligatur.

Quando incõpatibilia sunt in diuersis diocæsibus voluit illuz ordinariũ hoc requirer̃ qui aliũ præuenerit. Cap. iij.

Et cum

Et cum ista duo incompatibilia fuerint in diuersis dioecesibus uoluit praeuentioni locum fore inter dioecesanos, ita tamen ut unus possit alterius sententiam exequi.

Excommunicare interdicere reseruatur episcopis. Cap. iiij.

Item facultatem excommunicandi & interdicendi reseruauit episcopis tantum nisi apud alios praelatos inferiores esset ex priuilegio uel consuetudine diutius approbata, & tunc episcopos monuit ne tales ab inferioribus iuste excommunicatos absoluant.

Obseruandam esse constitutionem Lateranensis concilij in sinodis celebrandis. Cap. v.

Item uoluit constitutionem Sanctissimi. D. N. Leonis Papae. X. in decima Lateranensis concilii sessione promulgatam de celebrandis Sinodo dioecaes. singulis annis. & prouinciali tertio quoque anno ab omnibus Florentinae prouinciae suffraganeis obseruari citatis & requisitis omnibus etiam exemptis in prouinciali, ut ad praedictas sinodus accedere debeant.

Excitat ordinarios ad visitandum. Cap. vj.

Item praecepit omnibus ordinariis in uirtute sanctae obedientiae & sub aliis poenis iuris, ut tertio quoque anno saltem uisitent dioecaeses suas per se uel per alium idoneum corrigendo & castigando ea quae emendatione digna repererint, cum moderatione tamen euectionum & expensarum, de qua habetur supra in ti. de uisit.

Quando visitanda sint monasteria monialium. Cap. vij.

Sub iisdem quoque poenis praecepit ut uisitent monasteria monialium tam exemptarum immediate apostolicae sedi

subiectarum auctoritate apostolica quam non exemptarũ auctoritate sua singulo quoq; anno si possunt. alias tertio quoq; anno saltem. ad quam uisitationem cum omni honestate & timore Dei accedant, ducendo secum duos ex antiquioribus canonicis suæ ecclesiæ & alias honestas personas, ut sibi uidebitur quando uisitat monasteria prædicta, & seruando alios ordines in regulis & constitutionibus monasteriorum datas.

Excitat iurisdictionem Archiepiscopi ad supplendam negligentias suffraganeorum. Cap. viij.

¶ Reuerendissimum quoq; Archiepiscopum monuit & ei in uirtute sanctæ obedientiæ præcepit, ut in diocæsi propria inuigilet sicut cæteri suffraganei. Et suffraganeorum negligentias quamprimum corrigat & emendet. ex suffraganeorum namq; negligentia uoluit omnem auctoritatẽ in Archiepiscopum trãsfundi, qui Archiepiscopus omnia notoria prouincialium delicta emendare, consuetudines prauas e tota prouincia tollere, eandem uisitare, ut sacri canones uoluerunt diligenter procuret sub præmissarum incursione pœnarum.

Ut iurisdictiones competant inferioribus prælatis cumulatiue non priuatiue. Cap. ix.

¶ Quo aũt ad oẽs prelatos inferiores habẽtes aliquã iurisdictionem in Diocæsibus prouincialium episcoporum declarauit omnem similem iurisdictionem & auctoritatẽ prefatis inferioribus prelatis competere accumulatiue nõ priuatiue, ita quod preuentioni locus sit, nisi eadem iurisdictio ex priuilegio priuatiue competeret, uel ex cõsuetudine in contradictorio iudicio obtenta, ad quæ priuilegia & consuetudines ostendenda infra quattuor menses a die publicationis huius constitutionis monuit omnes huiusmodi inferiores prælatos pro ultimo peremptorio, quo elapso pronunciat omnes huiusmodi iurisdictiones, ut præmittitur

tur cumulatiue competere Et in casibus etiam ubi priuatiuę cōpetit data illorum negligētia supplebit dioc̨esanus.

Ne prælati ab ecclesijs subiectis non exigenda exigant. Cap. x.

¶ Item admonuit omnes ordinarios, ne ultra ea quæ honoriana constitutione continentur a subiectis sibi ecclesiis quicquam exigant aut eas in alio molestent.

Ut miserabilib9 psonis denf pcuratores & aduocati q gratis fuiāt. Cap. xj.

¶ Item quia uiduis, pupillis, mentecaptis, furiosis, cæterisq; miserabilibus personis, ex officii sui debito tenentur ecclesiastici rectores, præcepit hæc sancta Sinodus omnibus iudicibus ecclesiasticis delegatis & ordinariis ut non permittant miserabiles hasce personas collitigātium fauoribus, potentia, diuitiis, opprimi. Sed illis nō habentibus prouideat de aduocato aut procuratore sufficienti & si uiderit expedire cogat partem collitigantem ad dandum fideiussorem de non offendendo ipsam partem. Quos aduocatos & procuratores uoluit effectualiter posse cogi a pręfatis iudicibus per censuras uel mulctas ad suscipiendum huiusmodi patrocinium constituto tamen eisdem aduocatis & procuratoribus competenti salario de bonis litigātis si habeat unde satisfaciat alias præfati aduocati & pcuratores teneātur officiū suum gratis impendere, ut scientiā quam ipsi gratis a deo accæperunt gratis pauperibus impēdant.

De immunitatib. ecclesiaꝝ. Rubrica.

Ut in locis vicinis monasteriis p trecenta brachia, vicinis alijs ecclesijs per quinquaginta brachia mulieres inhonestæ nō habitēt, tabernæ aut balnea non aperiantur. Cap. j.

¶ Quoniam uera religiosorum locorum, & hoꝝ presertim quę deo dicatæ uirgines habitant immunitas est cōuersatio uitæ laudabilis & honesta, sequendo quorumdam statutorum ciuitatis Florentiæ uestigia (quæ ut laudabilia & religioni propitia eadem sinodus admisit & approbauit) statuit & ordinauit nullam fœminam inhonestæ uiuentē posse habitare in locis uicinis monasteriis monialium per trecenta brachia. Item nec in locis propinquis portis aut accessib. ecclesiarum aliarum per quinquaginta brachia, mulieres in prædictis locis habitantes, & domos eisdem qualitercūq; locantes in ducatis .x. condemnauit. Sub eadem quoq; pœna pręcepit ne infra pręedictos terminos aperiantur tabernæ aut Thermę siue balnea uel pro huiusmodi usibus cuiq; locentur domus & habitationes.

Que loca ecclesiarum præstent immunitatem ad se confugientisb⁹. Cap. ij.

¶ Quāquam iure cautum esse uideatur quamlibet ecclesiā eo gaudere priuilegio, ut per .xxx. passus in ambitu suo ad se confugientibus immunitatem pręstet. attamen quia in locis angustis qualia sunt Florentiæ ubi ita frequentes sunt ecclesię, ut tota fere ciuitas redderetur immunis id si ne magno publicæ utilitatis incommodo seruari non potest, pręfata sinodus declarauit, ea tantum loca circum ecclesias in ciuitate Florentiæ immunitatem ad se confugientibus præstare quæ aliquo notabili signo a uiis publicis & aliis locis prophanis distincta sunt.

An cessātes ꝛ fugitiui sint tuti in ecclesiis ita vt capi nō possint. Cap. iij.

¶ Item cum quæreretur in sinodo, quid dicendum esset de illis cessantibus & fugitiuis secundum statuta communis Florentiæ, an illi cōfugientes ad ecclesias & religiosa loca tuti essent, ita ut a sęculari familia capi nō possent res ualidis in utramq; partem argumentis disputāta est plerisq; asserētibus debitores huiusmodi quod eorum persona esset ex statuto creditoribus quasi mancipata etiam in ecclesiis capi posse, aliis hoc quasi dissonum abhorrentibus. Præualuit tamē ęquior sententia, ut etiam debitores quā

tumuis

tũuis cessantes in ecclesiis aut domibus adiacentibus quas continue inhabitãt clerici aut personæ alio quin religiosæ nullatenus capi possent sicut laudabili hactenus consuetu dine obseruatum est. in domibus autem quas debitores ipsi uel alii ecclesiæ non deseruientes inhabitant uel quia locatę uel quia gratis ad inhabitandum concessæ sint prę fatos debitores nulla uoluit immunitate gaudere.

Ut fiant inuentaria de omnibus bonis ecclesiarum. Cap. iiij.

¶ Item ut ecclesiarũ indemnitati consulatur, quarũ bona cũ mobilia, tum etiã immobilia ex eo॰ qui pręsunt negligentia uel etiã ignorãtia sępius deperire solent pcępit omnib. ecclesia॰ monasteriorũ, aut quorumcunq; pio॰ loco॰ rectorib. & administratoribus, ut infra tres mẽses a die publicationis psentiũ cõsti. assumptis secũ duobus ãtiquiorib. de populo, in quo sita est dicta ecclesia uel locus pius una cũ rectore seu sindico populi pdicti faciãt inuẽtariũ de omnibus bõis mobilib. & immobilib. ecclesia॰ & loco॰ pdicto॰ adnotãdo in uno uel plurib. foliis oĩa uasa sacra, uestes, supellectilia, fundos, agros, domos, cũ qualitatib. & cõfinib. suis scribẽdo p se uel p aliũ cũ subscriptiõe assumpto॰ pdicto॰ si sciant scribere, alias cũ subscriptiõe notarii q de illo॰ pñtia ac diligentia fidẽ faciat. utq; facto dcõ inuentario infra. xv. dies pñtent illud ordinario suo & p se uel per aliũ transcribãt in libro, quẽ spãliter ad hũc usum p omnes ordinarios teneri uoluit. Rectores uero & administratores in pręmissis negligentes in ducatis. x. cõdemnauit. Idemq; pcępit omnibus illis qui in futu॰ ecclesias aut loca pmissa recæperint, ut & ipsi inuentaria hmõi cõficiãt eaq; ordinario pñtent & ut pmissum est in inuentariorum libro trãscribãt priusquã dicto॰ loco॰ & ecclesiarũ bona & fructus administrare incipiãt. Declarãdo eosdem noui ter puisos de dictis bñficiis, ecclesiis, aut locis eo ipso priuatos esse omnibus fructibus & redditib. ante cõfectionẽ pdicti inuẽtarii percæptis applicandis p dimidia Fabricæ Apostolo॰ Petri & Pauli, & pro dimidia ordinario loci.

¶ Et ne in pdictis inuẽtariis dandis fraus aliqua pcurari possit omnes rectores & administratores hmõi q fideliter non confecerint aut dederint talia inuentaria malitiose quicq̃

omittendo eo ipso excomunicationis sententia innodari uoluit.

Ad quē pertineat declaratio dubiorū emergentium in constitutionib. Rubrica.

Cōstitutionum correctio & declaratio ad Reuerendissimum Archiepiscopum pertinet. Cap. primū.

Qm̄ nulla iuris sanctio tam clara tamq; apta esse pōt, q̄ nō olim in dubiū refricari possit, & ēt cōtra disponētis intentionem p captiosa argumēta & cauillationes a uero sensu detorq̄ri statuit & ordinauit prefata sinodus omniū ambiguitatis & dubiorū solutionē ordinatorū correctionē & declarationem spectare & pertinere ad Reuerēdissimum Archiepm̄ Florētinū uolēs oēs declarationē correctionē & solutionē hmōi uim roburq; sinodalis cōstōnis obtinere

Constitutiones nō inducere noua peccata mortalia. Cap. ij.

Item ne ex pn̄tibus cōstōnibus mortalia peccata in graue animarū piudiciū cōtra adunatorū patrū uolūtatem multiplicari contingat declarauit intentionis suæ fuisse nullam ex premissis cōstōnibus quocunq; uerborum tenore dicta tam transgressores suos ad mortalis peccati aut ecclesiasticę cēsurę in foro conscientiæ uinculum obligare nisi quatenus eosdē obligat cōis legis dispositio uel contemptus.

Sequuntur verba bullæ. S. D. N. approbātis presētes Cōstitutiones.

Nulli ergo oio hoīum liceat hāc paginam nr̄ę approbationis, cōfirmatiōis, cōmunitionis, a diectiōis, supletiōis. Decreti, mādati, derogatiōis, & uolūtatis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si q̄s aūt hoc attēptare p̄sumpserit in

indignationē omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurū. Datum Romæ apud Sanctū Petrū. Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimoseptimo. Cal. Martii. Pō tificatus nostri anno quinto. Bembus.

Tho. De Binis.

Visa. P. Iuuo. Foris autem.

Registrata apud me Bembum.

LEO EPISCOPUS Seruus seruoꝝ Dei ad perpetuā

rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea quę pro diuini cultus augumento fideliūq; omniū pręsertim ecclesiasticaꝝ personaꝝ animaꝝ salute & utilitate ꝓuida ordinatione facta, & per ipsum confirmata & approbata fuerunt, ut eo firmius maneant quo sępius fuerint sedis appostolicę auctoritate munita denuo cōfirmare: approbare: & innouare. Aliasq; desuper opportune ꝓuidere ꝑ ut in dño cōspicit salubriter expedire. Nuper si quidem nōnullas constitutiones in prouinciali concilio Florentino ad in ditionem dilecti filii nostri Iulii tituli Sancti Laurētii in damaso præsbyteri Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii in ecclesia Florentina cui ex concessione Apostolica præesse dignoscitur celebrato pro diuini cultus augumēto morum reformatione animarumq; prouincialium personarum salute ęditas habita a dilectis filiis nostris Dominico sancti Bartholomei i insula, & Thoma sancti Sixti titulis pręsbyteris Cardinalibus. Quibus cū de cōstitutionibus huiusmodi certam notitiam nō haberemus. Illas inspiciendas & diligenter examinandas, & an rationabiles, & equę forent nobis referendum commiseramus relatiōe plenaria quod ille iustæ & honestę sacrisq; canonibus consonę & prouincialibus præfatis plurimū utiles existebant cōfirmauimus & approbauimus, prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur. Nos igitur qui diuinum cultum ubiq; uigere & augeri personarumq; prouincialium prædictarum. Quas speciali affectione pro

sequimur & in uisceribus gerimus charitatis animarum sa luti earumq; indemnitati & utilitati salubriter consuli in tensis desideriis affectamus, ut constitutiones & literę pręfatæ cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis eo magis obseruentur, quo clarius constiterit ea matura deliberatione illas confirmatas & innouatas fuisse, qua prius confirmatæ & approbatæ fuerint prouidere cupientes. Constitutionum & literarum huiusmodi tenores, ac si de uerbo ad uerbum pręsentibus insererentur pro expressis habentes motu proprio & ex certa nostta scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine Constitutiones ac literas huiusmodi innouamus, cõfirmamus, & approbamus, ac robur ppetuæ firmitatis in iudiciis & extra obtinere debere, puincialesq; psonas dictæ puincię ad obseruationẽ oium & singuloꝝ in constitutionibus ac literis hmõi contentorum iuxta illarum tenorẽ atq; formã teneri, & obligatos fore, omniaq; & singula interpretationes causarum, cõmissiones, concessiones, gratias, literas, priuilegia, & indulta, contra constitutionum & literarum hmõi tenorem in quarum uis ecclesiarum, monasteriorũ, prioratuũ, pręposituraram, præpositatuũ, dignitatum, personatuũ, administrationũ, & officiorũ, cęterorunq; beneficiorũ ecclesiasticoꝝ, cum cura & sine cura sæcularium, & quorũ uis ordinum regularium, hospitalium & alioꝝ piorum locorũ ac personarum cuius uis dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, aut excellentiæ existentiũ fauorem seu cõmodum etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibus uis clausulis cum derogatoriarum derogatoriis fortioribus efficacioribus insolitis & magis urgentibus, etiam cum dictarum constitutionum etiam de uerbo ad uerbũ tenorũ expressione; & ad quoꝝ uis etiam imperatoris regũ & alioꝝ principum sęcularium, cõitatum, uniuersitatũ, dominioꝝ, collegiorum, Cardinalium & alioꝝ prælatoꝝ ecclesiasticorũ, & ex quibus uis urgentissimis, & ex cogitabilibus causis quæ a nobis uel a sede Apostolica præfata hactenus emanauerunt seu in posteꝝ emanabunt, utpote defectui intentiõis nostrę ac sedis hmõi subiacentia omnesq; & singulos pcessus snias condemnationes desuper habitos & hñdos & inde secuta quęcũq; nulla, inualida & inania nulliusq; roboris uel momenti existere illisq; parendũ aut standum minime fore:

fore, & constitutionibus ipsis derogari aut illas suspendi nullo modo posse, & quotiés illis derogari seu illas suspē di contigerit totiens illas in pristino statu confirmatas & approbatas ac innouatas esse. & ad plenariā probationem cōmissionis nostrę eisdem Cardinalibus, & eoꝝ relationis nobis factarū huiusmodi p̄sentes ubiq; sufficere nec ad id cuius ūis alterius adminiculū probationis requiri sicq; per quoscunq; iudices ecclesiasticos & sæculares ordinarios de legatos & subdelegatos etiam pręfatę Sanctę Ro.Ec.Cardinales etiā sedis eiusdem legatos & causaꝝ palatii Apostolici auditores in Romana curia, & extra eam in quauis instantia sententiari iudicari decidi & interpretari deberi sublata eis & eorum cuilibet quauis alia sentētiandi iudicandi decidendi & interpretandi facultate ac irritū & inane quicquid secus super iis a quoquā quauis etiam nostra & sedis præfate auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari decernimus & declaramus. Non obstantibus Apostolicis ac quibusuis aliis prouincialibus & Sinodalibus constitutionibus & ordinationibus statutis quoq; & cōsuetudinibus dictę Florentinæ, & aliarum prouincię huiusmodi ecclesiaꝝ ēt iuramento cōfirmatione Apostolica aut quauis alia firmitate roboratis priuilegiis indultis & literis apostolicis illis ēt motu sciētia & ptātis plenitudine pręmissis cōcessis cōfirmatis & innouatis. Quibus ēt si pro illoꝝ sufficienti derogatiōe de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua nō autē per clausulas generales id importātes mētio seu alia expressio habenda foret, & in illis caueretur exp̄sse quod eis nō nisi sub certis inibi expressis modis & formis aut nullatenus derogari posset illoꝝ tenores ac si de uerbo ad uerbū præsentib. insererētur pro expressis habētes. illis alias in suo robore permāsuris hac uice dūtaxat specialiter & expresse derogamus cęterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus autē quod si perpetuis futuris tēporibus super interpretationibus & intellectu dictarum Constitutionum per nos confirmatarum aliqua dubia oriri aut de illis hæsitari quomodolibet contingat dictus Iulius Cardinalis & Vicecācellarius quadiu dictę ecclesiæ Florentinæ pręfuerit ac eius successores ecclesiæ Florentinæ præfatæ Archiepiscopi illas declarare & interpretari ualeant eorumq; declarationi & interpretatiōi in iudiciis & extra ac ubiq; stetur in omnib.

& per omnia perinde ac si declaratio & interpretatio huiusmodi per eos factę a nobis seu sede pręfata emanassent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innouationis, confirmationis, approbationis, decreti declarationis, derogationis, & uoluntatis infringere uel ei ausu temerario cõtra ire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo decimo septimo. Quintodecimo. Cal. Aprilis. Pontificatus nostri anno quinto. Bembus,

Tho. De Binis.

Visa. P. suno.

Registrata apud me Bembum,

Declarationes circa ea quæ concernunt Rotulũ & iudices descriptos.

¶ Ordinatum est in primis per Reuerendissimum. D. Iuliũ de Medicis. S. R. Ec. Vicecancellariũ & Archiepiscopum Florentinũ ut omnes iudices cõmissarii scribantur in albo & affigantur in audientia causarũ Archiepiscopalis curiæ ubi omnibus patere possint.

¶ Item declarauit & uoluit ad ipsum Archiepiscopum, uel eius pro tẽpore Vicarium spectare & pertinere proponere eum qui futuris temporibus ueniet assumendus in numerum Rotulatorum, dummodo sit qui ꝓponitur altero iure doctor, ut in cõstitutionibus continetur. Et ꝙ ipso nolente proponere pręsidens possit proponere quando numerus rotulatorum nõ excedet uiginti quatuor, alias nõ. nisi sint de illis canonicis ecclesiæ cathedralis, uel aliis qui iure a constitutionibus admittuntur, quoniam tunc per quemlibet proponi poterunt, & Archiepiscopus cogetur eos admittere.

¶ Item ordinauit ex ipsis in Rotulo descriptis per Reuerendissimum Archiepiscopũ singulis annis eligi debere unũ, qui uocetur pręsidens Rotuli. Cuius officium anno tantũ durabit, poteritq; ex causa ad biennium prorogari. Nec

uoluit

uoluit posse eligi nisi sit canonicus uel in dignitate consti tutus in ecclesia cathedrali, uel de prelatis habentibus per petuum locum in Rotulo.

¶ Huius autem præsidentis officium erit inuigilare ut constitutiones circa iudicialia disponẽtes obseruentur, & nõ seruantes una cum Reuerendissimo Archiepiscopo aut eius Vicario e Rotulo abradere ac alias ut sibi uidebitur punire. Item & conuocare dominos de Rotulo quando aliquid communiter tractandum erit.

¶ Item & insedendo honorabitur supra alios omnes exceptis Archiepiscopo Florentino & Episcopo Fesulano.

¶ Item & nolente Archiepiscopo proponere ipse proponet omnia quæ tractanda uenient.

¶ Item & ipse exigere poterit mulctas infligendas uel a constitutionibus inflictas iudicibus Notariis aut procuratoribus non seruantibus constitutiones, quæ iudicialia cõcernunt. Et deponere eas apud camerarium cõstitutionum. Et ipsas mulctas una cum Reuerendissimo Archiepiscopo distribuere in usus honestos.

¶ Item ordinauit ex mulctis taliter infligendis constitui salarium quinq; ducatorum uni ex nũciis Archiepiscopalis uel Fesulanæ curiæ, qui postea teneatur uocare omnes de Rotulo ad nutũ presidentis uel Archiepiscopi Florẽtini.

¶ Item ex eisdem mulctis constitui salarium .x. ducatorum uni notario, qui teneatur semper esse presens, quando dñi de Rotulo congregabuntur & scribere citationes & suffragia, & omnia quæ fient ratione huiusmodi Rotuli uel iudicũ aut notariorum aut procuratorum in eo descriptorum.

¶ In causis difficilibus poterit iudex si uoluerit petere dominos descriptos conuocari & cũ illis tractatũ causæ habere.

¶ Si aliqua partium petierit teneatur iudex commissarius non doctor accipere assessorem neutri parti suspectum anteq̃ uel inhibeat uel procedat ulterius in causa contrafacientem e Rotulo deleri uoluit. modus autem assumẽdi assessorem erit per dationem suspectorũ & confidentium.

¶ Quando sedebunt domini de Rotulo. primo loco sedebit Archiepiscopus secũdo loco Episcopus Fesulanus. tertio loco præses Rotuli. quarto loco Reuerẽdi patres Abbates Generales si aderunt. quinto loco domini Canonici ecclesiæ Cathedralis iusta ordinem suum. septimo loco Abbates. octauo loco Prior Sancti Laurentii. Nono loco sedebunt alii secundum quod prius fuerunt descripti.

Quædam declaratio circa cognitionem causarum quæ fieri debet in ciuitate Florentiæ.

Item cum in illa constitutione quæ inscribitur de Rotulo iudicum delegatorum oriatur dubitatio an intentio constitutionis sit quod causę commisse in ciuitate, aut Diocęsi Fesulana possint cognosci in ciuitate Florentiæ, declarauit intentionem constitutionis esse quod possint cognosci & terminari in ciuitate Florentiæ, quoniam Episcopus Fesulanus & omnes iudices descripti in Rotulo habitant in ciuitate prædicta. & difficilis est ad urbem Fesularum accessus ibiq; est nulla peritorum copia.

Ii sunt penitentiales Canones, quos hic in fine subnectendos duximus ad subleuandam simplicium clericorum imperitiam, ut cum uiderint certam a iure pœnitentiam imponi, ipsi melius arbitrium suum informare possint, quō attentis confessione, fletu, lachrymis & dolore dispositiōe & facultate confitentium penitentias salubriter moderari possint. Nam qualitas tempoꝝ nostrorum, in quibus nō solum merita sed & corpora defecerunt non patitur rigorem antiquorum canonum permanere, sed necesse est illum a discreto sacerdotis iudicio temperari.

Primus est ꝙ si presbiter fornicationē fecerit si spōte confessus est in hūc modum .x. annis penitebit, tribus siquidē mēsibus a cęteris remotus pane & aqua a uespera in uesperā utatur, tantū autem diebus Dominicis & p̄cipuis festis modico uino & pisciculis atq; leguminibus recreetur, sine carne & sagimine ouis & caseo utatur sacco indutus humi adhæreat die ac nocte misericordiā Dei omnipotentis imploret. finitis mensibus tribus exeat postea uiribus resumptis unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis diebus Dominicis & præcipuis festiuitatibus & reliqua, ut habetur in .c. presbyter. lxxxii. di.

Secundus est quod si sacerdos fornicetur cum filia spūali, fœmina res suas in paupes erogabit, & in monasterio usq; ad mortem permanebit. Sacerdos ab officio deponetur, & .xii. annis peregrinando penitebit, & postea in monasterio cunctis diebus uitæ suæ domino seruiet. Si autem epi

scopis

ſcopus fuerit.xxv.annis penitebit.c.ſiquis .c. non debet. xxx.q.i.

¶ Tertius eſt quod clericus adulterium committens deponitur & in monaſterium detruditur, ut toto tẽpore uite ſuæ penitentiam agat.c.ſiquis.c. Romanus. lxxxi.di.

¶ Quartus eſt quod monialis quæ in uitium carnis labitur ſeueriter caſtigata in monaſterium retruditur ad pœnitentiam perpetuo peragẽdam.c.ſi qua monacharũ.xxvii.q.i.

¶ Quintus eſt in ea quę cum uirginitatem uouiſſet maritum accæpit.c.uirgines.c.de filia.c.deuota.xxvii.q.i.

¶ Sextus quando quis deſponſatam alteri uxorem accæpit, nam.xl. dies in pane & aqua, &.vii. annis penitet .c.ii.de ſpon.du.

¶ Septimus eſt quod ſi pater & filius aut duo fratres cũ una muliere, aut ſi cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cũ duabus cõmatribus aliquis cõcubuerit octo annis penitebit.c.ſi pater.xxx.q.iiii.idem ſi contrahatur matrimonium cum talibus.c.ſi.ea.q.&.c.ſiquis.xxvii.q.ii.

¶ Octauus in ea quę cognita ab uno ſcienter nupſit fratri illius. nã qui cognouit ſeptem annis penitebit. mulier aũt ꝑpetuo remanebit ſine ſpe coniugii.c.ſi homo.xxxv.q.iii.

¶ Nonus ꝙ ſi quis coierit cum brutis aut cũ uxore aut aliter contra naturam ſi laycus eſt excõicari dẽt. ſi clericus deponi. & detrudi in monaſterio ad pœnitentiam peragẽdã.c. flagitia.xxxii.q.vii.c.clerici.de exceſ.ꝑla. & ſecundum leges ciuiles ultimo ſupplicio afficiuntur. Aut. ut non lux. contra na. circa. fi.l. cum uir.C.de adul.ui.§ .hoc etiam. xxxiii.q.ii.ubi dicitur quod coiens cum brutis pluſquam ſeptem annis penitebit.

¶ Decimus eſt quod ille qui cognoſcit uxorem adulteram ante q̃ peregerit pænitentiam de adulterio duobus annis penitebit.c.ſiquis uxorem.xxii.q.i.& in alio.c.ſiquis uxorem.ea.q.dic.quod tribus annis penitebit.

¶ Vndecimus quod ſi quis duxerit in uxorem eam quam pater de ſacro fonte leuauit, debet eam dimittere, & ipſe & omnes alii cooperatores talis matrimonii ſeptem annis penitere debent.c.non oportet.xxx.q.iii.

¶ Xii.eſt in ſacerdote qui celebrat & communionem non recipit, nã uno anno a percæptione ſacramenti & a celebratione abſtinere debet .c.relatum.de conſe.di.ii.

¶ Xiii.eſt in.c.memo.el. ii. de conſe.di.i.ubi diaconus inuo

luens mortuum uestimentis altaris triēnio & sex mēsibus ab altari remouetur, psbyter uero decē ānis & sex mēsib.

¶ Xiiii.ē q sacerdos q cladestinis mrimoniis interfuerit uel ea nō phibuerit triēnio suspēdetur.c.cū inhibitio.§.fi.de clā.despō. ubi ēt dr q grauius punietr si res postulauerit.

¶ Xv.q si quis simpliciter uirginitatem uouerit, & postea matrimonium contraxerit tribus annis pœnitere debet uxore retenta.c.si uir.xxvii.di.

¶ Xvi.quod si excomunicatus celebrauerit triēnio pœnitere debet, & a uino & carnibus abstinere.c.de illis.xi.q.iii.

¶ Xvii. quod si parētes frāgunt spōsalia filiorum triēnio separantur a comunione, & filii similiter.c.unico.xxxi.q.iii.

¶ Xviii. Qui ducit in matrimonium quam polluit per adulterium quinq annis pœnitebit.c.si qua fuerit.xxxi.q.i.

¶ Xix.quilibet homicida uoluntarius sine spe restōis deponitur &.xv.annis pœnitet si est eps & cunctos uitę suæ annos peregrināndo finire debet. Si est presbyter.xii.ānis pœniteat, & tres ex iis in pane & aqua. Dyaconus.x. annis & tres similiter in pane & aqua, Clericus simplex & laycus septem annis, & tres ex iis similiter in pane & aqua.c.si quis homicidium.50.dis.c.miror.ea.d.

¶ Xx.q pro homicidio casuali inponitr pnīa qnq annorum secundū nouos canones, sed secundū antiquos.vii.annorum. c.si qua fœmina.c.si quis.l. di. Pro homicidio aūt qd pro defensione factum est ad cautelam inponitr clerico pnīa duorum annorū.c.de iis.ea.di.c.ii.§.fi.de homici. Quid autem de illo qui intuitu disciplinę incaute percutiendo occidit aliquem.ui.c.presbyterum.de homici.c.si quis nō iratus.xv.q.i.Et qd de eo qui per insaniam occidit.ui.c. indicas.iii.q.ix.c.aliquantos.c.illa.c.si quis.xv.q.i.

¶ Xxi.in matricida qui p annū integrū ecclesiā nō ingrediatur, sed añ fores ecclesiæ stans orās & depcans deū perseueret. completo anno poterit ingredi ecclesiam & audire diuina sed non cōmunicare usq ad triennium, quo expleto per aliud septēnium abstinebit ab oblatione altaris. Et iis. xi.annis carnem nō māducabit nec uinū bibet nisi festiuis diebus & a pasca usq ad Pētecosten. Item nec poterit aliquo uehiculo, uehi nec arma interim sumere nisi contra paganos. ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam a uespera usq ad uesperam.c.latorem.xxxii.q.ii.

¶ Xxii. in eo qui interficit uxorē qui toto tempore uitę suæ uinum

uinum & ſicceram bibere & carnes comedere, equitare, uxorem ducere arma cingere, cõionẽ accipe ꝓhibet. Peni tentiã agere debet in pane aqua & ſale, ieiuniis, uigiliis, orationibus & elemoſinis omni tpe perſeuerando. Vi.c. admonere.ubi hęc latius ponunt.xxxiii.q.ii. Ex quo colli ge quod maior penitẽtia inponitur illi qui interficit uxorem quam illi qui interficit matrem.

¶ Xxiii. ꝙ qui pſbiterũ interficit.xii.annis penitebit & mili tiæ cingulo perpetuo carebit.c.ii.de peniten. & remiſ.

¶ Xxiiii. iurans temere & iuramentum trãſgrediens uno an no pœnitebit.c.qui ſacramẽto.xxii.q.iiii. Sed trãſgrediẽs iuramentum licitum.xl.dies in pane & aqua, & ſeptem ſe quentes annos pœnitebit.c.quicumq;.vi.q.i.

¶ Et qui liber eſt & compulſus periurat .xl. dies in pane & aqua pœniteat & ſeptem ſequẽtes annos ſi ſeruus tres qua drageſimas. & legitimas ferias pœniteat.c.qui compulſus xxii.q.v.

¶ Et qd ille qui periurat in manibus aut in cruce conſecrata penitet tres annos.ui.c.ſequens.

¶ Qui falſum iurat uel alium iurare compellit ſeptem annis pœnitebit.c.ſiquis conuictus.xxii.q.v.

¶ Xxy.in eo qui ſigno uel uerbo confeſsionem manifeſtaue rit.c.omnis utriuſq; ſexus.de peni.& remiſ.

¶ Xxyi.in eo qui in dicẽdis horis canonicis & aliis officiis di uinis a conſuetudine metropolitanæ eccleſię diſcrepat, ſe ptem.n. menſibus cõmunione priuatur.c.de iis.xii.di.

¶ Xxyii.in epiſcopo qui ordinat inuitum ſine cauſa. anno enim ſuſpenditur.c.ii.lxxiiii.di

¶ Xxyiii.in diſsimulante correctionem de uenditione myſte riorũ.nam epiſcopus duobus mẽſibus ſacerdos quatuor. i.q.i.c.quicquid inuiſibilis.

¶ Xxix. in ſortilego qui.xl.dieb. pœnitet.c.requiſiſti. de ſor tile.

¶ Xxx. in eo qui uidet in aſtrolabio duobus annis pœnitet. c. ex tuarum. de ſortileg.

¶ Xxxi. qui domum ſuam luſtrat cum magicis & in canta toribus quinq; annis pœnitet.c. cum diuinatores.c.non li ceat.xxvi.q.y.

¶ Xxxii.in eo qui cõicat hęretico inſcius ãno pœnitebit qui ſcienter quinq; annis .c.ſi quis dederit.xxiiii.q.i. & multę alię pœnitentię in hac materia.

Xxxiii.si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit interram.i.tabulam terrę adhęrentem lingua lambatur & tabula radatur. Si non fuerit tabula locus corradat̃ cauendo & cõburatur, & cinis iusta altare condat̃, & sacerdos. xl.dies peniteat. si super altare stillauerit calix sorbeat minister stillam & tribus diebus peniteat. Si super linteum altaris & ad aliud linteum stilla peruenerit septẽ diebus, si usq; ad tertium nouem, si usq; ad quartum .xx. diebus peniteat, & linteamina quæ tetigerit stilla minister tribus uicibus abluat calice subterposito, & aqua ablutionis sum matur uel condatur.c.si per negligentiam. de conse.di.ii.

Xxxiiii.si quis per uoracitatem uel ebrietatem eucharistiã euomuerit. xl. diebus si sit laycus, si clericus.lxx.si eps.xc. diebus penitebit. Sed si per ęgritudinem acciderit septem diebus.c.si quis per ebrietatem.de conse.d.ii.

Xxxv. si mus comedat corpus Christi sacerdos.xl.dies peniteat si illud aliter perdiderit.xxx.diebus.c.qui bñ.de cõse.di.ii. Sacerdos qui in caute dimittit eucharistiam, & si nihil mali acciderit tribus mẽsibus ab officio suspenditur. c.i.de cust.euch.

Xxxvi. Qui scienter rebaptizatur septem annis penitet faciendo tres quadragesimas: & feria.iiii.in pane & aqua ieiunando.c.qui bis. de conse.di.iiii.de quo etiam in.c.homines.ea.di.

Xxxvii.qui domum uel aream succendit, sublata uel incẽsa omnia restituat, & tribus annis peniteat.c. si quis domum.de iniur.

Xxxviii. falsarius quamdiu uiuit in pane & aqua penitere debet.c.nouimus. de uerbo. sig.

Xxxix.sacrilegus qui secundum crisma polluerit & uasa sacra ad hũanos usus transtulerit,hoc mõ penitebit. uno anno extra ecclesiam manebit. secundo anno añ fores ecclesiæ sine cõione manebit. Tertio anno ecclesiam ingredietur sed non admittetur ad oblationem, iisq; tribus annis a uino & carnibus abstinebit.c.de uiro.xii.q.ii.

XL.solenniter penitẽs & ad uomitum rediens.x.annis penitebit.c.ii qui uero. de pe.di.v.

Xli.Maledicens seu blasphemans deum septem dieb. Dominicis pręforib. ecclesię dum missarũ solemnia aguntur stare debet sine pallio & sine calciamẽtis zona circa collũ ligata, & .vii.continuis diebus in pane & aqua ieiunare dẽt

debet.c.ii.de maled.

¶ Xlii. Conburens ecclesiam.xv. annis pœnitebit .c. siquis ecclesiam.xvii.q.iiii.

¶ Xliii. Excõmunicatus celebrans tribus annis continuis pœnitere debet. omni tempore secunda quarta & sexta feria a uino & carne ieiunando.c.de illis.xi.q.iii.

¶ Xliiii.Degradatus celebrans toto tempore uitę suæ a communione corporis Xpi priuatur.c.accedens.l.dist.

¶ Xlv.Opprimentes seu suffocãtes filios proprios tribus annis pœnitere debent, uno in pane & aqua ieiunando.c.si. de iis qui si. occid.

¶ Xlvi. Iniuste alium accusans ad mortem, quadraginta diebus in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœnitere debet.c.accusasti.de accusa.

¶ Xlvii.Contrahens contra interdictum ecclesię,uno mense pœnitebit.c.i.de mat.contra interdi.ec.contrac.

¶ Xlviii.est in.c.siquis laycus.xxiii.q.ulti.

¶ Xlix.Fur rei ecclesiasticæ, ultra quadrupli restitutionẽ septem annis pœnitebit & tres in pane & aqua .c. pecunia. xvii.q.iiii.& qui ecclesiam combusserit quindecim annis pœnitebit.c.siquis ecclesiam.ea.cau.&.q.

¶ Circa istos Canones aduerte quod ubi imponitur pœnitẽtia certorum annoꝝ intelligitur esse in arbitrio sacerdotis quo tẽpore anni & qualiter uelit pœnitẽtiã agi.nã poterit sacerdos dare unum diẽ ieiunii, uel duos pro hebdomada uel dare aliquas quadragesimas ieiunandas in anno. ita dicit Spec.in suo reper.aureo.

¶ Quadragesime pœnitentium cõiter sunt tres, ante pasca est prima.secunda ante festum sci Iohannis.tertia ante natiuitatem Dñi.ui.in.c.i.xxii.q.v.c.quicunq̧.iii.q.vi.

¶ Curet semper sacerdos ĩponere pnĩam contrariã peccato. Nã luxurioso & guloso imponatᷣ pnĩa ieiunii, maceratiõis carnis.Auaro elemosinaꝝ. Superbo humilis orõ. Accidioso peregrinatio Suspecto de hæresi fidei prædicationem.

Casus reseruati. Absolutioni ordinariorum in prouincia Florentina.

¶ In primis reseruauit sibi absolutionem homicidii quomodolibet perpetrati.

¶ Item & absolutionẽ eorum qui proprios uel alienos infan

tes suffocauerunt.mandaturq; omnibus ecclesiarum recto ribus sub pœna florenorum decem ne parētes qui hebdomadi pueros suffocauerint admittāt ad cōmunionem prętextu cuiuscūq; absolutionis ab alio quā ab ordinario suo factæ. nisi de eadem absolutione ipsi ordinario fides facta fuerit. Quod etiam obseruari uoluit in quocumq; alio crimine manifesto reseruato, ut parrochianus absolutionem ab alio factam non accęptet, nisi de illius qui absoluit auctoritate fides facta sit ordinario.

¶ Item blasphemantium Deum & Sanctos publicæ.

¶ Item absolutionem sodomitarum & coeuntium cum brutis, cum personis religiosis, cum consanguineis uel affinibus usq; ad secundum gradum inclusiue.

¶ Item absolutionem eorum qui uirgines deflorauerint.

¶ Item absolutionem eorum qui in proprios parentes manus iniecerunt uiolentas.

¶ Item absolutionem eorum qui sine causa accedunt ad monasteria monialum contra tenorem constitutionum Sinodaliū. & eorum qui mittunt uel recipiunt literas ab eis.

¶ Item absolutionem incendiariorum quorūcumq; locorū.

¶ Item absolutionem incendiariorum quorūcumq; locorū.

¶ Itēm eo℞ quo℞ negligētia infantes sine baptismo pereūt.

¶ Item & tenentinm infantes in lecto usq; ad annum.

¶ Item aperientium literas sigillatas aliorum.

¶ Item falsantium scripturas instrumenta & huiusmodi, & corrumpentium testes, & testium deponentium falsum.

¶ Item & eorum qui cognoscunt filias spirituales.

¶ Itē & iudiciū q munerib. corrupti iniquā tulerint sñiam.

¶ Item & omnium casuum quorum absolutionem præsentes constitutiones ordinariis reseruarunt.

NOS Petrus Corsus Iur. Vt. Doc. Reuerendissimi Dñi D. Archiepiscopi Florentini Vicarius in spiritualibus & temporalibus Generalis pręcipimus sub pæna excomunicationis latæ sententiæ, amissionis librorum, & florenorum decem auri, ne quisquam post hac Imprimere aut alibi impressas in tota prouincia Florentina has uenundare constitutiones audeat. Datum Florentiæ in Archiepiscopali palatio Die XVI. Martii M D L X I I I I.

EXpliciunt constitutiones Florentinæ Synodi quæ nouissime sub anno ab incarnatione Dñi MDLXIIII. Die uero XVI. Martii Apostolatus apicem tenente PIO Quarto Pontifice maximo fuerunt per Bartholemeum Sermartellium Calcographum Florentinum impressæ cum additione indicis materiarum in eis contentarum.

Philippus [illegible] Civis notarius publicus Florentinus et Archiepiscopalis Curiae Florentinae scriba de mandato [illegible]

[illegible] di [illegible]